14.

DE

ICHTHYOSI.

DISSERTATIO

INAUGURALIS MEDICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE

FRIDERICA-GUILELMA

UT SUMMI

IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES

RITE SIBI CONCEDANTUR

DIE XXIII. M. MAJI A. MDCCCXXXVIII.

H. L. Q. S.

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

HENR. CAR. JUL. DE CUVRY

BEROLINENSIS.

OPPONENTIBUS:

HERRM. EBERT, DR. MED. PRACT.

JOSEPHO LADNER, DR. MED.

JOHANN. HESSE, CAND. MED.

BEROLINI

TYPIS PETSCHII.

VIRO

CELEBERRIMO, AMPLISSIMO

EXPERIENTISSIMO

St. Fr. BAREZ,

MEDICINAE ET CHIRURGIAE DOCTORI, REGI A CONSILIIS MEDICIS INTIMIS, TERTII ORDINIS AQUILAE RUBRAE INSIGNIBUS ORNATO, MEDICO PRACTICO, MEDICO IN NOSOCOMIO CARITATIS PAEDIATRICAE SECTIONI PRAEFECTO, DIRECTORI CLINICARUM EXERCITATIONUM ET POLICLINICI PAEDIATRICI IBIDEM ETC. ETC.

PRAECEPTORI AC FAUTORI

SUMME VENERANDO

NEC NON

VIRO

CELEBERRIMO, AMPLISSIMO

EXPERIENTISSIMO

R O M B E R G

MEDICINAE DOCTORI, AQUILAE RUBRAE INSIGNIBUS ORNATO'
MEDICO PRACTICO, IN HAC UNIVERSITATE LITTERARIA
PRIVATIM DOCENTI ETC. ETC.

PRAECEPTORI AC FAUTORI

NON MINUS COLENDO

HASCE

QUALESCUNQUE PAGELLAS

PIO GRATOQUE ANIMO

D. D. D.

AUCTOR.

NONNULLA DE ICHTHYOSI IN GENERE.

LITTERAE.

1. *Alibert*, Précis théorique et pratique sur les maladies de la peau. Paris 1818. 2 vol. 8.
2. *idem*, Déscription des maladies de la peau observées à l'hopital St. Louis. Paris 1825. fol.
3. *Autenrieth* in *Voigt's* Magazin der Naturkunde. Bd. 4.
4. *Backer* in Philos. Trans. London 1755. vol. 49.
5. *Bateman*, Practical Synopsis of cutaneous diseases. Seventh edition ed. by Thomson. London 1829. 8.
   Deutsch von Hahnemann und Spreugel. Halle 1815.
   von Calmann und Blasius. Leipzig 1835.
6. *Bateman*, Delineations of cutaneous diseases. London 1817. 4.
   Deutsch. Weimar 1830.
7. *Bergemann*, Die Krankheiten der Haut, Haare und Nägel am menschlichen Körper. 1824.
8. *Billard*, Traité des maladies des enfans nouveaux-nés et à la mamelle. Paris 1828. 8.
9. *Blasius*, Handwörterbuch der gesammten Chirurgie und Augenheilkunde. Berlin 1836.
10. *Blumenbach* in *Voigt's* Magazin der Naturkunde Bd. 3.
11. *Brambilla* in Abhandlungen der Josephinischen med. chir. Acad. zu Wien. 1789. 1ster Band.
12. *Buffon*, Histoire naturelle. vol. III.

13. *Buniva* in Mém. de l'acad. impér. des sciences, lettres et beaux-arts de Turin. 1811.

14. *Cazenave* et *Schedel*, Abrégé prat. des maladies de la peau selon le système de Mr. *Biett*. Paris 1828—33. 8. Bruxelles 1834.
Deutsch. Weimar 1829. 8.

15. *Cerutti*, Pathologisch-anatomisches Museum. Leipzig 1822. 8. Heft II. Tafel 7.

16. *Cruveilhier*, Anatomie pathologique du corps humain.

17. *Edwards*, Gleanings of natural history. London 1750.

18. *Froriep*, Chirurgische Kupfertafeln. Weimar 1837. Heft 64 und 72.

19. *Gall*, De Ichthyosi excrescentiisque cutis similibus. Diss. inaug. Halae 1837. 8.

20. *Gibert*, Manuel des maladies spéciales de la peau. Paris 1834. 12.

21. *Gilbert*, Laurea Anglicana seu compendium totius medicinae. Lyon. 4.

22. *Gomes*, Ensaio dermosographico ou succinta e systematica descripção das doenças cutaneas. Lisboa 1820. 4. c. tab.

23. *Good*, The study of medecine. ed. S. Cooper. London 1834. 4 vol. 8.

24. *Green*, A practical compendium of the diseases of the skin. With cases. London 1835. 8.
Deutsch. Weimar 1836.

25. *Geoffroy St. Hilaire*, in Bulletin des sciences par la société philomatique an II de la républ.

26. *Jackson*, Observations on the diseases of the skin. London 1791. 8.
Deutsch. Erfurt. 1794. 8.

27. *Lauth* in Mém. de la soc. des sciences de Strasbourg. 1811. A. 1.

28. *Lettsom*, Medical. memoirs of the general dispensary. London.

29. *Marcusfeld*, De exanthematum et cutis affectionum diagnosi. Diss. inaug. Berol. 1836. 8.

30. *Martin* in Med. chir. Transactions. London. vol. IX.

31. *Mochin* in Phil. Trans. no. 424. 1731.

32. *Otto*, Lehrbuch der pathol. Anatomie des Menschen und der Thiere. Berlin 1830. 8.

33. *Panarolus*, Jatrologismorum seu medicinalium observationum pentecostae quinque. Romae 1652. 4.

34. *Plenck*, Doctrina de morbis cutan. qua hi morbi in suas classes, genera ot species rediguntur. Wiennae 1776. 8.
Deutsch von R. v. Wasserberg. Wien 1789. 8.

35. *Plumbe*, A practical treatise on the diseases of the skin. London 1824. 8.
Deutsch. Weimar 1825. 8. c. tab.

36. *Rayer*, Traité théor. et prat. des maladies de la peau. 2de edit. Paris 1835. 3 vol. 8. av. atlas in 4..
Deutsch v. *Stannius*. Berlin 1837. 8.

37. Boissier de *Sauvages*, Nosologia methodica. Amstelodami 1768. 2 vol. 4.

38. *Schmidt*, Descriptio Ichthyosis corneae congenitae in virgine observatae. Bremae 1830. fol. c. tab.

39. *Schmidt*, Cutis morbi e materiae animalis mixtura et forma mutatis cognoscendi. Halae 1799.

40. *Schönlein*, Allgem. und spez. Pathologie und Therapie. 3. Ausg. Stuttgart 1837. 4 vol. 8.

41. *Struve*, Synopsis morborum cutaneorum secundum classes, species et varietates. Berolinis 1829. fol.

42. *Tilesius*, Ausführliche Beschreibung und Abbildung der beiden sogen. Stachelschweinmenschen aus d. bek. Engl. Fam. Lambert. Altenburg 1802. fol. maj. c. tab.

43. *Turner*, A treatise on the diseases incident to the skin. London 1736. 8.
Deutsch. Altenburg 1766.

44. *Wallace*, A familiar treatise on cutaneous diseases. 2d ed. London 1814. 8.

45. Stalpart *van der Wiel*, Observ. rarior. med. anat. chir. Leidae 1727. 2. vol. 12.

46. *Willan*, Description and tratement of cutaneous diseases. London 1778—1814. 4.
Deutsch v. *Friese*. Breslau 1803. 4.

47. *Wilson*, A familiar treatise on cutaneous diseases. 2d ed. London 1814. 8.

SYNONYMA. Lepra Ichthyosis (*Sauvages*); Lepidosis Ichthyosis (*Young*); Lepidosis Ichthyasis (*Good*); Pelle de Peixe (*Gomes* l. c. p. 37.); Ichthuose s. Ichthyose (Gallis), Fish-skin (Anglis), Fischschuppenkrankheit, Fischhaut.

Plerique auctores Ichthyosin iis cutis mutationibus adnumerant, quae squamis insignes sunt. Sic *Young* et *Good* eam in classem Lepidoseos (a verbo illo Graeco λέπος i. q. squama) recipiunt, quam ceteri Britanni Scaly eruptions nominant. *Rayer* idem designat nomine: inflammations squameuses. Omnes auctores modo dicti excrescentiarum squamosarum argumentum ponunt in laminis a cute morbosa secretis duris, crassescentibus, albidis, opacis, quae ab epidermide sejungantur. Postquam ab epidermide segregatae sunt squamae istae, aut sanam superficiem relinquunt, aut rubram, laevem, nitentem, quae brevi tempore naturalem recuperat indolem. *Schedel* et *Cazenave*, quamvis concedunt, Ichthyosin quadam similitudine ceteris squamosis efflorescentiis associari, tamen ab iis separandam censent ob multas ejusdem morbi internas differentias. Haec tamen addunt: „Cependant comme l'ordre des squames ne repose luimême que sur des caractères extérieurs et que ces mêmes caractères appartiennent essentiellement à l'icthyose, qui se manifeste par des squames proprement dites, nous avons cru devoir la laisser à la place que lui avaient assignée *Willan* et *Bateman*. D'ailleurs dans l'état actuel de la science il serait très difficile de préciser d'une manière exacte pourquoi elle n'appartiendrait pas aussi bien aux squames que le pityriasis p. e. qui n'est accompagné d'aucune chaleur, d'aucune congestion morbide, dont les petites lamelles arrachées, ne laissent presque jamais la moindre rougeur." etc. Ichthyosis est verrucosa, indurata, cornu similis conditio

epidermidis, minus magisve extensa. Certe *Bateman*, *Willan* et *Alibert* ita hunc morbum definiunt, quamvis antea scriptores permulti hoc nomine nihil aliud intellexerunt, quam quod ipso nomine indicatur, i. e. pathema quoddam cutis, insigne squamis piscium similibus. Signa diagnostica hujus morbi sunt crassities et sublata laevitas cutis cum secretione squamarum, omissis tamen exfoliationibus atque maculis istis segregatis et arcte circumfinitis nec minus constitutionis turbationibus, quibus excellunt Lepra et Psoriasis [1]). Itaque huc pertinet Hystriciasis auctorum, qua insignis est Lambertorum familia, cornearum excrescentiarum in corpore humano luxuries. Pellagra ab *Aliberto* in hoc ordine ponitur. Tamen maxime errasse videtur hic auctor, cum similitudo non exstet nisi mere externa. *Struve* pergamentaceam Ichthyosin a cornea sejungit, nescio qua motus causa, cum huic quoque morbo similis cutis irritatio quam Ichthyosi subesse videatur. *Schönlein* [2]) simplicem nostram Ichthyosin propter squamarum aliquam diversitatem in simplicem et scutellatam dividit, quae divisio supervacua mihi videtur. *Alibert* quoque hanc Ichthyoseos speciem in duas varietates sejungit: alteram cyprinam, alteram serpentinam vocans Ichthyosin. Sed haec quoque divisio talo caret satis firmo cum altera varietas in alteram saepe transeat. Secundum Alibertum in Asia squamae eorum, qui Ichthyosi laborant, circumdatae sunt areola quadam violacea, vel rubra. *Plenck* [3]) etiam aegrotos nostros odorem piscium similem exhalare contendit, forsan Ichthyosin cum lepra confundens.

Cutis nonnunquam aequo fere modo atque in Ichthyosi deturpatur, sed nunquam tantum per ambitum,

---

1) *Bateman.* Uebers. l. c. pag. 65.
2) l. c. vol. III. pag. 18.
3) Deutsch von *Wasserberg* pag. 145.

quam in nostro morbo. In lucem prodiit interdum circa articulos hominum, qui diuturnis valetudinis turbationibus, vel debili corporis constitutione conflictantur parumque exhalant sudoris. Etiam si ulcera inveterata inferiorum extremitatum tandem sanantur, integumenta insolita ratione regenerantur. Epidermidis loco crassae siccae nitidae squamae formantur super pedibus. Anasarca quoque cutem squamosam, duram reddit ejusque elasticitatem tollit. Asperum hoc integumentum per aliquod tempus prohibet quominus volumen extremitatum augeatur [1]). Id quidem mirum esse mihi videtur, quod complures auctores in iis, qui Ichthyosi laborarunt, melancholiam quandam se animadvertisse contendunt. In eo viro, quem equidem vidi tale quid haud observavi, quamvis exacte attenderim. Illud fortuito accidisse, negare nolo, sed certe aliis causis, non Ichthyosi adscribendum esse censeo, quae epidermidis morbum sistit mere localem. Tamen *Schmidt* [2]) hoc de sua aegrota maximi aestimat: „Non solum cutis deformitate, sed sexus quoque juventutisque virtutibus ac peculiari quodam in ore expressa melancholia et medicorum atque uniuscujusque, qui nihil humanum a se alienum esse putat, oculos in se convertebat."

Etiam *John Lambert* testante Tilesio taciturnus, facie melancholica insignis est. Alibertus idem affirmat: Dicit enim hanc melancholiam vultu expressam non solum semper comitem esse Ichthyosis, sed subinde adeo augeri, ut in stupiditatem transeat. Haec adjungit: „dans l'icthyose nacrée tout annonce pareillement une faiblesse radicale du système lymphatique. Les sortes d'individues sont portés à une mélancholie habituelle, Mongobert dont j'ai recueilli l'observation est

1) Conf. *Willan.* Uebers. v. Friese. Bd. II. p. 151 sqq.
2) Descript. Ichth. corn. congen. p. 1.

dans une disposition scorbutique, qui l'a prodigieusement débilité." etc.

Plurimi viri hoc morbo affecti prima pueritia rhachitide laborasse videntur. *Tilesius* quidem hoc suspicatur de *Richardo Lambert*. Idem censuit *Alibert*. Etiam *Francesina Krone* hujus morbi vestigia prae se tulit. *Martin* puellam suam Ichthyosi correptam valde putridos habere dentes atque interdum psorophthalmia ac tumoribus glandularum cervicalium affici, refert. Alia exempla Ichthyoseos levioris momenti idem comprobant. Homines ex quovis gentis humanae ordine pari modo Ichthyosi submitti possunt. Neque clima, nec vitae ratio in crebriorem ejus evolutionem influere videtur [1]). Tamen *Alibert*, in nonnullis regionibus endemicam èsse Ichthyosin, contendit. Argumenti instar narrat, viros ad Taïti insulam profectos ibi cutis turpitudinem reperisse endemicam, Ichthyosi simillimam. *Buffon* (histoire naturelle tome III. pag. 507.) ichthyosin apud incolas terrae, quam nominant Paraguay, endemicam reperiri contendit, nam provocans ad librum quendam (Recueil des lettres édifiantes et curieuses des Jésuites etc. XXV. p. 122.) verbis his utitur: Il règne parmi eux une maladie extraordinaire; c'est une espèce de lèpre qui leur couvre tout le corps et y forme une croute semblable à des écailles de poisson: cette incommodité ne leur cause aucune douleur, ni même aucun autre dérangement dans la santé.

Schönlein [2]) acutissimo ingenio causam investigare studet, cur Ichthyosis non in aliud corpus transferatur contagio quodam, id quod fit in scabie eique similibus cutis morbis. Comparat igitur impetigines et cutis morbos in universum evolutioni plantarum, quae plane evolutae semen progignant, retentae vero in evolutione

1) *Green* l. c. pag. 343: „The contrary of this has, I am aware, been advanced, but upon no sufficient grounds." —
2) l. c. vol. III. pag. 18.

fructum nullum ferre possint. Itaque pustulas et vesiculas completam habere evolutionem contendit, squamas vero non esse nisi pericarpia, quorum vis non satis magna sit, ut fructus progignere queant.

Quod ad dispositionem morborum cutis geographicam et frequentem eorum eruptionem maximi ponderis esse videtur *Schönleinii* sententia, quae scabiem et ichthyosin in ambobus finibus collocat seriei illius morborum cutaneorum, quae exoritur, si morbos hosce secundum frequentiam eruptionis in ordinem certum redigere conamur [1]).

Viri saepius, quam feminae corripiuntur ichthyosi simplici. *Cazenave* et *Schedel* [2]) observarunt unam tantum feminam numerari posse ad viros viginti.

Contrarium evenit in Ichthyosi cornea, nam maxima pars aegrotorum sexus sequioris fuit [3]). Tamen *Ville-*

1) Haec enim profert vir ille clarissimus: Wenn wir an die grofse Verbreitung der Scabies denken, die von den Tropen bis zu dem Polarkreis vorkommt, und an das so sparsame Erscheinen der Ichthyosis, so wäre man geneigt, diese beiden Ausschläge an die Endpunkte der ganzen Stufenleiter der Ausschläge in dieser Beziehung zu stellen. Denn selbst einzelnen Gegenden nur ganz allein zukommende endemische Ausschläge, wie das Pellagra in der Lombardei, die Herpes alleppensis, die blos im Nilthal vorkommt, u. s. w., haben an diesen Orten selbst eine so allgemeine Verbreitung, dafs sie im Ganzen genommen immer noch häufiger sind als die Ichthyose.

2) l. c. p. 143.

3) *Ernst* saltem in disp. de corn. hum. corporis exeresc. pag. 10. hanc defendit opinionem. Dicit enim: „Observationum seriem examinando illud effici videtur, si tres partes ponas, duas feminas, marem unum hac foeditate affligi. Cui opinioni *Piccinelli* quoque adnuit, haec adjungens: „Della quale differenza non è così facile a mio credere, addurne una plausibile ragione. Se la metafora usata a dinotare la infedelta in amore, ha pur qualche fondamento nel vero, questa osservazione, quanto sarebbe lusinghiera ed onorevole per il bel sesso, altrettanto dovrebbe dirsi svantaggiosa pel nostro.“ —

neuve [1]), casus septuaginta unum examinans triginta sex cornua apud viros, triginta septem apud mulieres, tria apud infantes primum vitae annum agentes reperit. In novem casibus cornua in capite, in quatuordecim circa frontem, in duodecim casibus in lumbis reperiebantur.

Secundum Rayer ceterae cornuum observationes demonstrant, cornua ter in temporali regione, quinquies in naso, bis in genis, semel in mandibula, ter in pene vel glande penis, quater in pectore, quater in dorso, quater circa tuber ischii, bis in genu, semel in crure, bis in pede, semel in calce hucusque observata esse. In dorso manus et supra aurem pari modo cornua observata sunt secundum eundem auctorem. Equidem, quamvis certe non completam omnium de hac re institutarum observationum seriem colligere potuerim, tamen majorem cornearum excrescentiarum copiam huc retuli, quod infra videbis.

Quod ad Ichthyosis naturam, omnium auctorum opiniones valde dissentiunt. Plurimi auctores Ichthyosis naturam in mera epidermidis affectione collocant. Ita Bateman de origine squamosarum excrescentiarum in genere contendit, nasci squamas ex actione alienata, forsan inflammatione subacuta eorum vasorum, quae epidermidem secernunt. In levioribus hujus morbi formis solam cuticulam, seu epidermidem, una cum reti mucoso aegrotare videri. Itaque in Ichthyosi papillas cutaneas arguit, quae amplificentur in conos cornu similes atque interdum ita extendantur, ut velut capita lata, irregularia cuticulam superent. — Ex Batemani sententia in statum transeunt ei simillimum, quo formetur verruca [2]).

Dr. *Good* [3]) opinatur, incrustationem fingi secer-

---

1) Cf. *Rayer* t. III. p. 643.

2) *Willan* und *Batemann*, deutsch von *Calmann* pag. 31.

3) Study of medecine. Vol. IV. pag. 598.

nentibus cutis organis, quibus copiose emittatur materia quaedam calci similis, in cute retique mucoso, nec non epidermide deposita.

Rayer [1]) Batemano assentitur Ichthoysin enim Hypertrophiis papillarum cutis adnumerat. *Cazenave* et *Schedel* Ichthyosin oriri ex gravi alteratione partium infra cutem positarum, asserunt.

Eodem modo *Voigtel* [2]) rete, quod Malpighianum dicitur morbi sedem exhibere dicit. Cui opinioni *Struve* quoque assentitur. Dicit enim, cutis regenerationem hoc in morbo esse morbosam, non tamen inflammatione mutatam.

Meckel [3]) contra effici Ichthyosin cute degenerata arbitratur, quandoquidem papillae in partibus quoque iis, quae vacant squamis, altiores sulcisque inveniuntur majoribus separatae. Attamen abnormem putat cutem secernentem, cujus pori microscopio illustrati aut difficilius cognoscantur, aut obstructi, aut glutinosa quadam materia impleti esse videantur.

Tilesius rimarum ingentem copiam in cute Lambertorum reperit. Impletae erant rimae istae glutinosa quadam materia, parum liquida. Quam materiam putat induratam sensim formasse crustam illam, qua obducta erat cutis. Huc accedit, quod tenuissimi pili per crustam illam penetraverant, vel potius ab ea sensim inclusi videbantur. Itaque duas causas hujus formationis arguit Tilesius alteram praedisponentem, alteram inde consecutam. Primam ponit in turbatione quadam morbosa folliculorum sebaceorum, vel cryptarum cutis certe in secretione sebi cutis turbata, unde factum sit, ut cutis tantopere induraverit rimasque egerit. Tum ex rimis istis manat lympha quaedam morbosa, quae indurescens

---

1) l. c. t. III. p. 614.
2) path. Anat. Vol. I. pag. 73.
3) path. Anat. Vol. II. pag. 286.

crustam format. Auctore Tilesio haec lympha non alia est, ac materia formativa muci Malpighiani vel contentum vasorum Hunteri. *Schmidt* Tilesio assentitur partim quod illa ecphymata cornea locum ipsum cryptarum illarum tenent, partim quod iis provide extractis, pedunculus radiciformis simul evelli potest, qui ex ipsis folliculis oriri videtur. Praeterea, quod constat, nascitur epidermis e reti Malpighii, itaque aegra epidermis pro abnormi secreto immutatae retis Malpighii functionis est habenda.

Steinhausen [1]) pro explorato habet, deformitatem integumentorum modo epidermidem respicere, non cutem, quippe quae in eo casu, quem ipse describit, inter squamas integra appareat. „Vasa cutis," inquit, „arteriosa, tam hujus nutritioni, quam epidermidis instaurationi providentia, nostro in casu secrevisse humorem morbo alienatum verisimile est, qui causa, nescio qua, majore praeditus visciditate, forsan etiam coagulabilitate, in complura coiit strata, quorum quae vetustiora, duriora et a cute remotiora, laminam superiorem, quae molliora, humidiora, corioque propriora, laminam inferiorem fingerent. Quo longius a cute recesserant laminae, eo aridiores et rigidiores factae, rimas tandem egerunt fragmentaque variae magnitudinis et figurae reliquerunt."

Quod ad ecphymatum colorem nigrum in Ichthyosi attinet, qui progrediente morbo semper augetur, *Gall* causam quaerit in munditie aegrotorum neglecta. *Schmidt* contra colorem illum minus a sordibus externis, quam a sexu aegrotorum, locisque aegris ipsis pendere opinatur. „Cur enim", inquit, „obscurior in abdomine, aegrae virginis vestibus obtecto, quam in manibus pedibusque aëri semper expositis?" — *Schoenlein* colorem forsan nasci contendit ex superimpositione tenuium

1) l. c. pag. 13.

laminarum complurium, quod alias quoque colorem quendam efficit.

Cum origo et natura Ichthyosis simplicis tam obscurae sint, aliquanto melius eam intelligere possumus in cornea Ichthyosi. Tamen valde discrepantes opiniones hac de re sunt prolatae, quas omnes apponemus ut historica quoque opinionum diversarum evolutio inde prodeat.

Nonnulli contenderunt, nasci cornua ea ex internis causis[1]). Id quidem in iis casibus factum esse, ubi ingens cornearum excrescentiarum copia totum tegebat corpus, verisimile est. Alii eas viderunt natas post variolas et post menstruorum suppressionem[2]). Alii ex mera alienatione corii cornua gigni putant[3]). Alii e prolongatione papillarum nervearum, ex induratione corporis mucosi et epidermidis cornua derivarunt[4]), alii e degeneratione et prolongatione integumentorum cum epidermidis et corporis mucosi, tum corii et telae cellulosae[5]). Imo sanguinis serssam indolem arguit Cardinalis de Medicis[6]). Interdum nata esse cornua e verrucis, e callositatibus, continua pressione et irritatione emergentibus, e neglectis denique vulneribus, satis multis probatur exemplis.

Portal[7]), *Morand*[8]), neque minus *Jacourt*[9]) Academiae Parisiensi Chirurgicae cornua monstrarunt, quae

---

1) *Ash* l. c.
2) *Richter*, Anfangsgründe der Wundarzneikunde Th. I.
3) *Monteggia* istituzioni chirurgiche III. 1. pag. 79. — edit. 2. f. III. pag. 90.
4) *Lassus*, Pathologie chirurgicale Paris 1816. I. p. 560.
5) *Carradori* opusc. scelti di Milano l. c.
6) Supplém. au journ. des savans pag. 131.
7) Cours d'Anatomie médicale IV. 387.
8) Cf. Piccinelli l. c. pag. 14.
9) Cf. Piccinelli l. c.

nil erant nisi concretiones epidermidis. Cui sententiae *Ernst*[1]) quoque maxime adnuit.

Omnes auctores modo relati frequentissimam cornuum talium originem non commemorarunt. Nascuntur enim saepissime e tumoribus cysticis, ut *Home*, *Rayer*, imprimis vero *Asthley Cooper* perspicue probarunt. Cute laesa, post tempus aliquod tumor oritur rotundus, cystidem continens, qua plerumque materia quaedam granulosa includitur. Quae si ad certam quandam magnitudinem est evecta, rumpitur effusaque materiae parte, massa quaedam mollis existit, subrubra; fit quoque, ut ex ipsa laesa parte emittatur. Quam massam *Rayer* semper membrana vaginali, scilicet ductu glandulae excretorio, circumdatam reperit, quae non ad tumoris usque radices descendens, circumvolvitur more epidermidis unguem ambientis.

Quod attinet ad cornua vulneribus illatis exorta, adhuc sub judice lis est, utrum ex cystide oriantur, an vulneris irritatio cutis functiones ita mutare possit, ut in ipsa cute materia illa cornea secernatur.

Meckel, Caldani fretus observatione, priori opinioni adnuit. Vidit enim Caldani in femina, vehementer contusa capitis cute, complures provenire cystides, quarum ex una, primum molli, deinde rupta, effuso liquore ingens emersit cornu, quod semel ablatum regenerabatur.

Ploennies[2]) argumentatur, luxuriationes locales epidermidis physiologicis causis fieri non posse, nisi in productis ipsi epidermidi similibus, i. e. in productis infimae organisationis. Experientia quidem communis hoc probat in omnibus excrescentiis parasiticis: Membrana mucosa, polypum mucosum, membrana vasculosa polypum carnosum, panniculus adiposus lipomata, tela cellulosa sarcomata, ossa exostoses formant. Inflam-

1) *Ernst* diss. cit. pag. 17.
2) *Frorieps* Notizen vol. VII. 1824. no. 135. pag. 35.

matio chronica cum eximio nova producta formandi nisu una cum adaucta plasticitate materiae animatae, vel mechanicis, vel aliis irritationibus in loco quodam arcte circumscripto orta, hancce corporis humani opportunitatem varias proferendi luxuriationes et provocat et alit.

ICHTHYOSIS SIMPLEX.

48. *Joulhia*, Diss. sur l'Icthyose nacrée. Paris 1819. 4.
49. *Mansfeldt*, in Horns Archiv für med. Erfahr. 1823. Juli und August.

SYNONYMA: Ichthyasis simplex (*Good*), Icthuose nacrée (Gallis), Fish-skin disease (*Green*), Pelle de Peixe (*Gomes*), Ichthyosis cinerea (*Gall*), Impetigo excorticativa et Albaras nigra (*Avicenna*), Lepra Ichthyosis (*Boissier de Sauvages*), einfacher grauschillernder Schuppenausschlag.

Incipientis morbi signa non sunt graviora; epidermis crassescens, aspera, lividi coloris, cum in modum fissa, aut sulcata, ut squamis tecta appareat siccis, duris, minus magisve nitidis, colore griseo aut griseo albido, interdum peripheria nigrescente praeditis, quae si ex longinquo observatur, velut sordibus vel limo obsita apparet. Dum vero procedit morbus, cutis callositas, durities, asperitas valde augentur. Epidermis parvarum verrucarum, ut ita dicam, in modum intumescens, fere omnino nigrescit. Quae tanta est asperitas, ut, si digito cutem permulceas, limae asperrimae illius, quam

CHAGRIN vocant, superficiem te tangere existimes; quod efficitur innumeris lineis vel punctis asperis, in quae divisa est superficies. Durae hae epidermidis eminentiae, quas nihil nisi quadratarum illarum epidermidem constituentium partium esse elevationes, facile cognosces, valde inter se differunt tam quod ad formam, quam quod ad ordinem in diversis corporis partibus. Cujus rei causae cum linearum cutis varius ordo vel indoles, tum diversa sunt morbi ipsius stadia singularesque casus. Duae prae ceteris inter se differunt species, altera inde ab eminentiae radice aequam servare videtur crassitiem, altera supra breve tenueque collum, lato et irregulari praedita est capite. Nunquam autem basi utuntur neque inflammata, neque irritata, ut nunquam calor, dolor, pruritus aliusve sensus injucundus accedat[1]). Attamen pruritum nonnunquam adesse, testis est faber lignarius noster, qui, quoties redeat cutis haec affectio, pruritu non adeo jucundo vexatur. Species illa, quam primam nominavi, in sanae cutis teneris tenuibusque locis reperitur, altera in asperioribus, ut in olecrano, vel in patella, hisque a locis procedens in brachiorum femorumve parte externa. Palpebrae, fovea axillaris, regiones inguinales, praeputium, planta pedis, palma manus (interdum omnes corporis partes quas cutis mollior et tenuior tegit) squamis carere solent. Nonnullis vero in extremitatum partibus, praesertim circa talum, nec non in trunco, excrescentiae istae sunt squamosae, planae, latae, nonnunquam aliae aliis incumbentes (imbricatae) ut cyprinorum squamae; sed hoc non fieri, nisi ubi vestes eas premant, verosimillimum est. Secundum *Gall*[2]) squamarum longitudo omnino variare videtur pro aetate aegrotorum singularique anni tempestate. Apud adultos et auctumnali tempore pollicis longitudi-

---

1) *Gall.* l. c. pag. 8.
2) l. c. pag. 11.

nem interdum assequuntur. Partes singulae intus colore excellunt subalbo, nitente, extrinsecus obscuro, immo nigro. Fragmenta interdum singula insidunt pedunculo communi; pilos cutaneos ambeunt eo modo, ut hi per illa videantur transiisse. Nonnullis in casibus eminentiae istae seorsim collocatae reperiebantur, albisque sulcis striatae, in quibus exfoliatio squamarum farinae similium animadvertebatur[1]). Sponte non decidunt squamae, sed facile absque dolore vel incommodo a cuticula dissolvi possunt, neque firmiter cuti insidunt, exceptis majoribus squamis, quae interdum leviter dolent, si a suis radicibus divelluntur. Nonnulli tamen observati sunt casus[2]), ubi squamae istae tam facile a corpore sejungebantur, ut aegroti magnam farinae similem quantitatem earum in lectis, in quibus dormiverant, quotidie relinquerent.

Delapsis squamis, recens cutis semper discolor apparet, griseum praebens aspectum, dura et aspera. Forma squamarum regularis esse solet, discorum rhomborumve similis. Quando decidunt squamae, semper hoc fit inde a peripheria centrum versus, ita ut in centro adhuc affixae reperiantur, dum peripheria soluta sit a cute.

Ungues in hoc morbo fere semper minus magisve mutantur; fiunt crassi, deformes, incurvati, saepe cornubus similes; colorem insolitum, plerumque fuscum aut griseum, saepius enormem accipiunt magnitudinem: id quidem ex illis paucis, quae de ungium in hoc morbo mutatione scriptores retulerunt, *Besserer*[3]) conjicere potuit.

Foedus iste morbus magna lataque corporis spatia

---

1) *Blasius* in Rust's Handwörterbuch der Chirurgie. Artikel Ichthyosis.

2) *Otto* pathol. Anat. pag. 114.

3) De unguium anatomia et pathol. Diss. inaug. med. Bonnae 1831. p. 50.

corripit, artuum partibus flexoriis, femorum internis et superioribus foveaque, quae columnae vertebralis situm externe indicat, non semper exceptis. Nonnunquam maculae istae morbosae sensim in sanae cutis partes abeunt, interdum exacte limitantur. Facies aegroti raro gravius corripitur; tamen *Bateman*[1]) casum quendam in puella observatum, depingendum curavit, in quo facies sola morbi sedes erat, nam locus permagnus in utraque gena Ichthyosi obsessus medio in naso alter cum altero conjungebatur. Casum huic simillimum Thomson observavit, qui eo magis est notabilis, quod inde a principio bene observari poterat a medico, cum decimo quinto demum aetatis anno in puella morbus exoriretur. Capitis dolorem, flatulentiam, sedes irregulares, pedes frigidos, ruborem fugacem genarum prodromos fuisse narrat Thomson. Primum certum symptoma morbi nihil fuisse dicit, nisi sordidam cutis in genis indolem, quae sordes facile aqua tepida et sapone ablui potuerint. Post duos annos sordes illas genarum augeri firmiusque adhaerere incepisse, quo facto acribus nonnullis remediis auferri, non sanari potuerit. Tres demum post annos vanae et irritae curationis Thomson ipse puellam vidit, quo tempore ita extensa erat turpitudo, ut supra descripsi colore insignis olivaceo. Sanata est puella post annum.

Mammas mulierum interdum aspera tali epidermide, quasi annulo quodam circumdari, totam epidermidem praeter ordinem siccam et imperspirabilem, in manus palma crassescentem fragilemque reperiri, *Bateman* contendit. Morbus saepe juvenili aetate, immo prima pueritia, incipit. *Rayer*[2]) cum semper congenitum esse

---

1) *Willan* et *Bateman* Delineations of cutaneous diseases. London 1817. 4. tab. IX. fig. 3.

2) Malad. de la peau t. III. pag. 614. Huc refertur exemplum illud a Steinhausen descriptum, quod infra memorabimus.

censet. *Green*[1]) huic effato plane assentitur. Dicit enim: „This alteration is almost always congenital, at all events it appears at a very early period of extra-uterine existence." — Interdum Ichthyosis est hereditaria, sed ne tum quidem in omnibus ejusdem familiae membris oboritur. Cum aliis morbosis affectibus Ichthyosis cohaerere non videtur. Transpiratio in cutis loco affecto deficit; copiosior est in aliis corporis locis, praesertim in fovea axillari[2]). Ipsius morbi commutationes nunquam apparent, nisi alternum incrementum aut decrementum ejus ita nomines, quae interdum fiunt. Uterque sexus eo affici potest, ut supra jam diximus.

Cazenave et *Schedel*[3]) singulare cujusdam complicationis cum Ichthyosi exemplum afferunt. Viderunt enim papulosam quandam affectionem oriri in puero, qui inde a primis aetatis mensibus Ichthyosi laboraverat. Quae recens efflorescentia in basi illa squamosa prorumpebat, priorem morbum minime turbans. — Alius quoque casus, quem iidem observarunt auctores, memoratu maxime est dignus. Turbationes intestinales maximam exseruere effectum in morbum ipsum. Non possum, quin propriis auctorum verbis illum casum describam:

„C'est ainsi que chez un enfant de douze ans que nous avons observé longtemps dans les salles de Mr. *Biett* et qui était atteint d'une icthyose congénitale qui occupait tout le corps, la face était entièrement préservée; mais il se passait chez lui un phénomène tout à fait remarquable: quand il éprouvait la moindre

---

1) lib. cit. pag. 340.

2) Secundum *Blasius* l. c. — In aegroto illo quem ego observavi, singulas sudoris guttas in brachio aliisque corporis partibus e squamarum interstitiis, sicut in quovis alio viro sano, propullulantes ipse vidi.

3) l. c. pag. 141.

irritation de l'appareil gastro-intestinal, ce qui d'ailleurs était fréquent malgré le régime sévère auquel il était tenu, ou même quelque inflammation de tout autre organe intérieur, la figure prenait une teinte sale; puis elle se couvrait de petites écailles grisâtres, sèches avec un léger épaississement de la peau: ces écailles, beaucoup plus minces que celles qui couvraient tout le reste du corps, qui étaient au contraire dures, larges, comme noirâtres etc. imprimaient à son visage un caractère particulier; il avait l'air d'un petit vieillard. Peu-a-peu à mesure que l'inflammation accidentelle se dissipait, ces écailles se détachaient; petit à petit la face revenait à son état naturel et les écailles disparaissaient entièrement; il restait seulement un léger épaississement habituel de la peau; on ne remarquait d'ailleurs aucune modification sur l'enveloppe écailleuse du reste du corps, qui présentait une très grande intensité. Ce petit malade bien développé pour son âge, jouissait d'une santé assez bonne que le moindre écart de règime cependant venait déranger, à cause de l'extrême susceptibilité des muqueuses."

Qui Ichthyosi laborant, interdum pustulis inflammatis (Phlyzacia quae nominat *Willan*) vexantur vel tumoribus magnis et dolorificis in diversis corporis locis[1]).

Auctore *Avicenna*[2]) Albaras nigra nominatur „impetigo escorticativa" est scabiositas accidens cuti, aspera vehemens et facit squamas sicut sunt piscium, cum pruritu. — Non dubito quin *Avicenna* hoc nomine Ichthyosin quandam denotet.

Panarolus[3]) quoque Ichthyoseos casum memoriae

1) *Willan* übers. von Friese 2ter Bd. p. 144. — *Acta Lipsiensia* 1688. — *Sauvages* l. c. tom. II. p. 572. — *Plenck* de morb. cut. Class. VII.

2) De Morphaea cap. 9.

3) Pentecoste IV. obs. 9. fol. 146. — In omnibus fere

prodidit, quamvis obiter modo, his verbis usus: „Vidimus nos pulchram mulierem, cujus cutis piscium aut serpentum more squamas minutissimas repraesentabat; quae tanquam acutissimae spinae tactum mirifice laedebant. Hoc autem nullo modo credas, lector, ortum habuisse ab aliquo morbo, ut puta scabie, elephantiasi et similibus, sed res erat absolute naturalis."

Etiam *Stulpart van der Wiel* [1]) similem affert historiam: „Anno 1683, mense Majo, Hagae puer quidam decem circiter annorum conspiciendus exhibebatur, nomine Bernardus, Bisegliae natus. Pueri illius manus pedesque toti quanti squammei erant. Brachia autem et crura atque adeo totum corpus, excepto solo capite, veluti phocae pelle obducta contactuque dura erant et scabra. Narrabat matertera, cujus curae ipse traditus erat, ortam esse istam cutis deformitatem, quod mater cum linteaminum purgandarum causa littus peteret, in flumine vicino varios squamatos et testaceos vidisset pisces, quorum imaginem tam firmiter cerebro impressisset, ut non ita diu post a marito impraegnata pisciumque perpetuo memor foetum pepererit instar piscis squammosum, facie tamen colloque decorum, reliquo autem corpore prorsus nigricantem et obscuro quodam scabroque obductum musco, quapropter idem nudus non tantopere frigore, quam quidem alii, infestabatur. Puer ille ingenio, quantum aetas ferebat, subtili et acri ac quod mirere, piscium avidus admodum erat, adeo ut post crebriorem carnis esum male se haberet. Ipse etiam cum aliis medicis ex ejus corpore prodientem animadverti qualem pisces diffundunt odorem, quem quivis admoto propius naso percipere poterat. Dela-

---

aliis libris, in quibus haec historia secundum Panarolum narratur, falso citata est V. obs. 9.

4) Cent. II. obs. XXXV. pag. 374 seqq.

psis veteribus novae succedebant illico squamae, quibus evulsis mox effluebat sanguis."

Simile exemplum observatum renuntiatumque est in *Philos. Trans.* vol XIV. no. 160.

Opponatur hic descriptio ejus casus quem equidem observavi:

Georgus Guilelmus Vogelsang, viginti duos annos natus, faber lignarius Bueckeburgensis, editus patre, matreque semper sanis cute integra, sicut aliorum infantium. Pater apoplexiae succubuit anno MDCCCXXV, mater pneumonia obiit die undevigesimo M. Decembris a. MDCCCXXXV. Paucas hebdomades postquam natus est, cutis crassities incepit, qualis solet esse in Ichthyosi simplici. Chirurgus vaccinationis causa arcessitus supervacuam declaravit insitionem, cum induritie cutis sat praesidii positum esse diceret contra variolas. Vogelsang nunquam aegrotavit, levem febrim si excipias, quatuordecim dies perdurantem. Nullo exanthemate haec febris conjuncta erat. Id notatu dignum est nostro de aegroto, quod incrustatio sub hiemem magis augebatur, sub aestatem contra diminuebatur. Vere quidem nigrum colorem amittunt squamae istae, albescunt, tum post aliquod tempus decidunt, cum pruritu interdum forti, qui quatuordecim dies et ultra aegrotum vexat. Pruritus non deficit, cum squamae auctumno regenerantur. Tum nascuntur, ut ipse narrat Vogelsang, parvae eminentiae cutis, principio nondum coloratae, deinde nigrescentes. Sensus nullus his eminentiis inest. Planta pedis volaque manus incrustationis expertes sunt. Ex faciei partibus genae tantum hac turpitudine corripiuntur. Vere anni MDCCCXXXV parti internae genu sinistri vulnus intulerat Vogelsang. Diuturna curatione genu sanatum est a Dr. Wildhagel Bückeburgensi. Tamen articulus sat facile moveri nondum poterat. Quare ad oppidum notissimum Eilssen se contulit, ubi quinque balnea sulphurata, neque minus viginti balnea limosa,

ei exhibita sunt. Inter hoc tempus cutis turpitudo plane evanuit multoque serius, quam alias solita erat, rediit. Post illud tempus nullum contra hunc morbum adhibitum est remedium. Vidimus aegrotum die decimo tertio Maji a. MDCCCXXXVII. Deformitas cutis jam multum decreverat ut quoque vere evenit. Facies incrustatione plane destituebatur, nec minus pectus et pedes. In ventre et tergo tenues modo squamae indicabant, morbum ibi affuisse. Brachia contra, praesertim circa internam articulorum partem, duras, inhaerentes cuti, nigras, sed jam albescentes Ichthyoseos squamas offerebant. Cutis in toto corpore aspera indurataque remanserat. Singulae squamae magnitudine erant lineae quadratae, in medio paullulum incurvatae, scutellae similes. In ordinem certum redactae erant squamae, striisque albidis in rimarum modum sulcatae, per quas cutis subjecta perspicue animadverti poterat. Imbricatae non erant. Facile sejungi possunt squamae a cute subjecta. Consistunt ex tenuibus lamellis crassescentis epidermidis. Ill. *Müller* [1]) in Ichthyosi partem corii organisati in corneam quandam substantiam mutari, contendit.

---

1) Handbuch der Physiologie I. 364.

ICHTHYOSIS CORNEA.

LITTERAE.

50. *Acta Lipsiensia.* 1688. pag. 617.
51. *Aëtius Amidanus.* De cognoscendis et curandis morbis sermones.
52. *Ainsworth*, De corneis humani corporis excrescentiis. Diss. inaug. Berol. 1836.
53. *Aldovrandus*, De monstris historia. Cent. I. hist. 20. 21.
54. *Ambrosius Paraeus*, Opera chirurgica, Francofurti 1594. lib. XXIV. p. 721.
55. *Andral*, Grundriſs der path. Anatomie. Deutsch v. Becker Leipzig 1829. 2 vol.
56. *Ansiaux* in *Férussac* Bulletin des sciences médical. t. XV. pag. 289.
57. *idem*, Clinique chirurgicale.
58. Archives générales de médecine tome V. et XXIII. 1830. Mars.
59. *Ascanius* in Recueil périodique d'observ. de méd. chir. etc. t. IV. p. 216.
60. *Ash* in Phil. Trans. vol. XV. no. 176. pag. 1202.
61. *Avenzoar*, lib. 2. cap. 5.
62. *Averrhoës*, liber de medicina. 1514. fol.
63. *Avicenna*, libri quinque canones medicinae.
64. *Vicq. d'Azyr* in Mém. de la soc. roy. de méd. de Paris. 1780. p. 494.

65. *Bartholin*, Hist. anat. rar.
66. *Benedictus*, Anatomia l. I. c. 14, l. IV. c. 13.
67. *idem*, Historia c. h. cap. X. p. 10.
68. *Bertrand* in Arch. générales de méd. Août 1824.
69. *Besserer*, De unguium anat. et pathol. Diss. inaug. Bonnae 1834.
70. *Boerhaave*, De morbis nervorum. I.
71. *Borellus*, Histor. et Observ. medico-phys. Castris 1653. 12. Parisiis 1656.
72. *Breschet* in Dict. des sciences médicales t. IX. Art. Cornées productions.
73. *Caldani* in Mem. della soc. ital. di Verona t. XVI. p. I. pag. 124.
74. *Carradoni*, Osserv. filos. sopra duo corne umane. Prato 1799. in Opusc. scelti di Milano vol. XX.
75. *Charrière* in Minutes of the roy. soc. 1804. Febr.
76. *Chiappa* in Revue médic. 1829. Mars pag. 385.
77. *Cloquet* in *Férrussac* Bulletin des sciences méd. t. XXII. p. 475.
78. *Cocchius*, Graecorum chirurgici libri. Florentinae 1754. p. 54.
79. *Conradi*, Handbuch der pathol. Anat. Hannover 1796.
80. *Cooper and Travers*, Surgical Essays. London. trad. par *Bertrand*. Paris 1823. 8.
81. *Crahe* in Phil. Trans. vol. XIV. no. 160. 1684. pag. 599.
82. *Craigie*, Pathol. Anatomie.
83. *Dalechampius* in edit. sua Plinii. lib. II. cap. 37. annot.
84. *Dauxais*, Des Cornes. Diss. inaug. Paris in 4.
85. *Dénis*, récueil des mém. et confér. sur les sciences. Hambourg (Paris) 1672.
86. *Deslandes* in Bremisches Magazin Bd. I. pag. 665.
87. *Detharding* in Misc. Acad. Nat. Cur. dec. III. ann. V. et VI. app. p. 148.
88. *Dodonaeus*, Med. obs. exempla rara. Harderwick. 12.
89. *Dolaeus*, Epistolae (III. pag. 216.) in Encyclopaedia Chirurgicorum.
90. *Marcell Donatus*, De histor. med. mirab. opusc. Mantuae. 4. lib. I. et III.
91. *Dublanc*, in *Férrusac* bulletin des sciences méd. t. XXIII. pag. 3.

92. *Dumonceau* in Journ. de méd. t. XIV. 1761. Febr.
93. *Dupré* in Phil. Trans. no. 251.
94. *Dutrochet* in Journ. compl. du Dict. des sc. méd. t. V. pag. 369.
95. *Ebers* in Otto seltene Beobachtungen.
96. *Edwards*, Gleamings of natural history. Lond. 1758. vol. I.
97. *Ernst*, De corneis humani corporis excrescentiis. Diss. inaug. Berol. 1819. 4.
98. *Fabr. Lyncaeus*, In exposit. hist. Mexican. Nardi Rechi f. 652.
99. *Follet*, Recherches sur l'icthnoso cornée. Diss. Par. 1815. 4. pag. 239.
100. *Forestus*, Observ. et curat. medic. Francof. 1660. fol.
101. *Fourcroy* in Mém. de la soc. roy. de méd. à Par. t. VII.
102. *Franci* de Cornutis.
103. *Gastellier* in Mém. de la soc. roy. de méd. de Par. 1776. pag. 312.
104. Gazette médicale 1831. t. II. pag. 10.
105. *Girdlestone* in Med. and phys. Journ. vol. III.
106. *Goquelin* in *Sédillot* Journ. gén. de méd. 1816.
107. *Gregory* in Minutes of the roy. soc. Febr. 1804.
108. *Hake* in Lancet. 1830. vol. II. no. 361.
109. Hamburger Magazin tome XXII. pag. 514.
110. *Haskel* in New-England Journal of med. and surg. Boston Bd. I. 1819. vol. VIII.
111. *Fabricius Hildanus*, Obs. med. chir. Cent. II. obs. 25. 26.
112. *Hinze*, Kleinere Schriften, Liegnitz und Leipzig 1820. pag. 35.
113. Histoire de la société royale de Paris 1776. 1782. 1783.
114. Histoire de l'académie des sciénces de Paris 1772. p. 25.
115. Histoire de l'académie de chirurgie. Paris 1778. t. III.
116. *Hoffmann*, Disquisitiones. pag. 138.
117. *Home* in Medical Facts and Observations vol. III. 1792. cf. Phil. Trans. vol. 81. p. I. 1791.
118. *Janin de St. Just* in Journ. compl. du Dict. des sc. méd. t. V. p. 220.
119. *Ingrassias*, de tumor. praeter naturam t. I. pag. 336.
120. *Koenig* in Misc. Acad. Nat. Cur. dec. I. pag. 89.
121. *Lachmund*, ibid. dec. III. ann. III. app. pag. 109. et 1673 et 1674. pag. 239.

122. *Lambert*, Commentaire et oeuvres chirurgiques. II.
123. *Lanzoni* in Misc. Acad. Nat. Cur. dec. III. ann. IV. pag. 152. obs. 65.
124. *Lassus*, Pathologie chirurgicale. Paris. 1816. tome I. pag. 560.
125. *Lauth* in Mém. de la soc. des sciences de Strasbourg. 1811. pag. 327.
126. *Lobstein*, Anatomie pathologique. Paris 1829. 2 vol.
127. *idem*, Compte rendu.
128. *Leigh*, Natural history of Lancashire and Cheshire.
129. *Loders*, Journal für Chirurgie und Geburtshülfe. Jena 1797. Bd. I.
130. *Locke* in Phil. Trans. no. 230.
131. London medical and surgical Journal. 1834. Sept.
132. *Lorry*, Tractatus de morbis cutaneis Parisiis 1777. 4. Deutsch v. Held. Leipzig 1779. 8. 2 vol.
133. *Majorat* in Gazette salutaire de Bouillon. 1788.
134. *Malpighi*, Opera posthuma. pag. 99.
135. *Mannagetta* in Misc. Acad. Nat. Cur. Dec. I. Ann. I. obs. 30. pag. 103.
136. *Martinez*, de Montris. pag. 3.
137. *Meckel*, Handb. der path. Anat. Leipzig 1818. Bd. II. Abth. II.
138 *Meckel* in Journ. complém. du Dict. des sc. méd. t. IV. pag. 91.
139. Medical Repository. New-York 1819. N. series vol. V. Heft I.
140. *Medici* (Cardinal de) in Suppl. du journ. des savans. 1672. pag. 131.
141. *Monteggia* istituzione chirurgiche. t. III.
142. *Morgagni*, de sedibus et causis morborum epist. 65 art. 2.
143. *Musaeus* et *Francus a Frankenau*, Diss. de unguibus monstrosis et cornuum productione. Hafniae 1716.
144. *Norris* in Minutes of the roy. soc. 1804. Febr.
145. Observationes medico physicae. Parisiis 1625.
146. *Parkinson* in memoirs of the medical society of London vol. IV.
147. *Pensa* in Giornale medico Neapolitano. 1825. Settembre.
148. *Piccinelli*, Memorie sull origine e cura di quelle escrescenze impropriamente chiamate corne umane. Bergamo 1816. 8.

149. *Ploennies* in Frorieps Notizen 1824. vol. VII. no 135. p. 33.
150. *Ploucquet*, Repertorium. Art. cutis morbi, cornua hominum.
151. *Portal*, Cours d'anatomie médicale.
152. *Reghellini*, osservazioni sopra alcuni casi rari medici e chirurgici. Venezia 1764.
153. Repertorium med. chir., Abhandl. für pract. Aerzte und Wundärzte. 2ter Bd. pag. 253.
154. *Rhenodaeus*, Methodus medic. lib. III. cap. 2.
155. *Richond des Brus* in Arch. génér. de méd. T. XV. 1827. pag. 216.
156. *Richter*, Anfangsgründe der Wundarzneikunde.
157. *Rigal* in Dict. des sciences méd. T. IV. pag. 251.
158. *Riverius*, Observationes communic. pag. 682.
159. *Rochefort* in Mém. de l'acad. de chirur. T. III. histoire. pag. 7.
160. *Rudbeck*, Propago plant.
161. *Scaliger*, ad Cardanum de Subtilitate exercit. 199. no. 5.
162. *Schenck*, Observationum medicin. rar. nov. admir. et monstr. tomis septem de toto homine instit. Francof. 1609. fol. Lugduni 1644. fol.
163. *Schreber*, Naturgeschichte der Säugethiere. 4. Erlangen. Bd. I. S. 10. Anmerk.
164. *Seeligmann*, Nachlese der Naturgeschichte d. Vögel. Nürnberg. fol. Th. 7. Taf. 4.
165. *Severinus*, De recond. abscess. nat. lib. 4. c. 25.
166. *Sömmering*, Beschreib. u. Abbild. knolliger Auswüchse d. Lorens Ruff. v. *Behrends*. Francf. 1825. fol.
167. *Steinhausen*, De singulari epidermidis deformitate diss. inaug. Berol. 1828. 4.
168. *Thoresby*, Topographie of Leeds. pag. 431.
169. *Thuanus*, Historia lib. 123.
170. *Valerius Maximus*, lib. V. cap. 6.
171. *Vater*, De cuticula pueri incrassata, quotannis decidua. Viteb. 1735.
172. *Verbrug*, de Aneurysmate.
173. *Voigtel*, patholog. Anatomie. Halle 1805. Mit Zusätzen von *Meckel*. Bd. I. pag. 74. 88.
174. *Wadd*, Cases of diseased prepuce and scrotum. London 1817. 4.

175. *Westrumb*, in Journ. complém. t. XXXII. pag. 331. cf. Horns Archiv. 1818. pag. 316.
176. *Wiesenthal*, in New-England Journal of medicine and surgery. Boston 1819.
177. *Wünsch*, Unterhaltungen über den Menschen. Leipzig. 8. Theil I. pag. 317 seqq.
178. *Zacutus Lusitanus*, de medic. princ. histor.
179. *idem*, Praxis medica admiranda Lugduni. 1657. fol.
180. *Zacharias Sylvius*, Nouvelle république des lettres. 1686.
181. *Zimmermann*, Geographische Geschichte des Menschen u. der allgemein verbreiteten vierfüfsigen Thiere. Leipzig. 8. Bd. I.

SYNONYMA: Ichthyosis pergamentacea (*Struve*), Keratiasis, Ichthyasis cornigera (*Good*), Leontiasis corniculata (*Sauvages*), Corne, Icthuose cornée (Gallis), Appendices cornées (*Rayer*), Cornua cutanea (*Plenk*), Horny fish-skin (Britannis), Hornausschlag, Hornauswüchse.

Nonnulli casus sunt descripti, in quibus integumenta corporis rigida, cornu similia erant; nunquam tota corporis superficies, saepius singulares modo ejus partes corneam hanc indolem praebuerunt. Ducibus *Willan* et *Bateman* [1]) omnes illi casus pro congenitis sunt habendi. *Good* [2]) tamen casus cujusdam ab illustri *Chevallier* observati mentionem facit, qui certe congenitus non fuit, his verbis usus: „In a singular enlargement of the lover extremity produced by a puerperal

---

1) *Willan* und *Bateman*, deutsch von *Calman* p. 154. — *Willan*, Deutsch von *Friese* Bd. II. p. 154. etiam negat, se unquam vidisse casum spissitudinis corneae integumentorum, quae tanta fuerit, ut musculorum vel articulorum motum impediret.

2) Study of medicine IV. pag. 464.

sparganosis, Mr. Chevallier found the thickness of the corium in some parts nearly a quarter of an inch; which on being cut into, presented the same grained appearence that is observable in a section of the hides of the larger quadrupeds. Below the coriaceous skin, the adipose membrane exhibited an equal increase of substance and in front of the tibia was not less than inch and a half thick. And there is a singular case recordet by Dr. *Baillie*[1]) in which the same crassitude was found in the skin of an infant, who died a few days after birth." —

Alius casus ejusdem affectionis in *Philos. Trans.*[2]) narratur, memoratu dignissimus: Mulier quaedam decimum octavum annum agens, teste Dr. *Crusio* hoc corporis habitu nosocomium adiit regium Neapolitanum: Cutis manu tacta aeque dura erat, ac corium siccum, vel lignum. Palpebrae neque tolli neque plane deprimi poterant. Etiam in labiis, lingua, utroque corporis latere tantopere indurata erat cutis, ut aegra vix posset aperire os, cum labiorum genarumque cutis huic motui plurimum resistentiae opponeret. Notatu dignum est praeterea mulierem quamvis cutis naturalem calorem amisisset, tamen sensu non caruisse, si unguibus vel acubus pungeretur. Hoc enim sensum sibi excitare aegra retulit tanquam cutis rupta sit eo loco. Ceterum sana fuit femina, uberrimam urinae secretionem si exceperis, quae tamen facile derivari potest a defectu completo exhalationis sensibilis atque insensibilis per cutem, etenim ne post gravissimos quidem corporis motus aegra sudabat. Menstruatio nondum affuerat. Primum in cervice ortus erat morbus, paulo post etiam faciei atque totius anterioris partis capitis cutis indurescebat, donec supra totum corpus extendebatur. Nun-

1) *Wardropii* edit. ejus operum vol. I. pag. 75.
2) vol. 48. pars II. pag. 580.

quam alium morbum perpessa est femina, excepta febricula, qua ante paucos annos laboraverat, neque unquam subitus terror vel dolor, vel alius animi affectus, eam tentaverat.

Etiam *Verbrug*[1]) in labiis, *Reghellini*[2]) in praeputio, *Vater*[3]) in digitis manuum ac pedum, *Zacutus Lusitanus*[4]) in cute universa hunc morbum observarunt. Narrat enim *Zac. Lusit.*: „Cum haec tractarem, in mentem venit morbus mirabilis quem olim dum juvenis essem in foemina quadam notavi; Huic viscerum obstructionibus laboranti subito cutis universa ita induruit, ut corium bovinum aut corticem arboream crassitie duritieque repraesentaret, ob quam causam in lecto rigida decumbebat; neque enim manus aut pedes poterat contrahere, cum vultus inflatione summa." — *Rayer*[5]) quoque in hominis cujusdam alias sani lingua papillas tam evolutas vidit ut plane aequarent corneas Ichthyoseos corneae productiones.

Aug. Hinze[6]) hoc affert deformitatis hujus cutaneae exemplum:

Mulier triginta quatuor annorum, tres enixa infantes, quartum subiit puerperium. Inter graviditatem nullo remedio usa est, cum semper inter eam bona gauderet valetudine. In deliciis habuit cibos acidos, intensius salitos, quos ut melius digereret, singulis diebus unum alterumve spiritus frumentacei cyathum sumpsit. Nunquam morbis gravioribus, saepius autem fluore albo, forsan venereo, laboraverat. Maritus perpetuae ebrie-

1) De Aneurysmate.

2) Osserv. sopra alcuni casi rari I.

3) Ephem. acad. natur. curios. I. p. 89. affectus cutaneus singularis.

4) Prax. med. admir. lib. III. obs. 100.

5) l. c. t. III. p. 618.

6) Kleinere Schriften etc. Liegnitz und Leipzig 1820. Bd. I. pag. 35.

tati deditus erat. Mulier neque terroris, nec stomachationis, neque ullius pathematis animi, adspectu hominis deformis excitati, meminerat. Infantem tum peperit infirmissimum, cujus tota superficies a vertice inde ad pedum plantas obducta apparuit cute coriaceo-flava, solida, cornea, hic illic nodosa et aspera, passim laevi et frigida. Haecce cutis degenerata ubique rimas obtulit magis minusve profundas, altissimas ad ipsa ossa descendentes in utroque carpo et malleolo, e quibus major minorve copia saniei sanguineae, purulentae, odorem spargentis foetidum, cadaverosum, profluxit. Passim non modo cutis fissa, sed orae fissurarum velut ulcerum phagedaenicorum erant reflexae et circa malleolos utriusque pedis ossa nuda per rimas conspiciebantur. Cutis, in multas insulas isthmosque divisa, ita erat elevata, ut nullibi epidermis a corio diduceretur, color capitis paucis capillis obsiti, faciei, colli cinereus et lividus, fissurae jam aridae atque corneae cernebantur. Quarto post partum die obiit infans.

Similem casum profert *Brambilla* 1). Describit enim puellam annos duos novemque menses natam, cute nigerrima obtectam, quae a collo ad pedum plantas porrigebatur; dura erat atque asperrima, cuti elephantinae similis. Nudis oculis conspiciebantur puncta nigra, maxime constipata, quae oblonga instar setarum resectarum, elevata instar granorum miliaceorum, totam corporis superficiem tegmine crustaceo obduxerunt. Infans nec manibus quidquam prehendere, nec pedibus ambulare voluit; quoties vel hoc vel illud moliebatur, cutis egit rimas, decem ad duodecim lineas in longitudinem patentes, quae sanguinem ediderunt multosque dolores excitaverunt. Facies album retulit colorem. Puella sana fuit, cutis inde a partu normalis, post sextam demum hebdomadem colore fusco, propriaque deformitate

---

1) Abhdl. d. Joseph. med. chir. Acad. zu Wien. 1787. Bd. I.

notabatur. Pater infantis scrofulosi laboraverat. Brambilla ung. mercur. inunxit balneaque administravit et puellam feliciter sanavit. Post paucos menses rediit turpitudo modo fugata.

Paulo differt casus, quem refert *Steinhausen*[1]) ab illo, quem modo narravimus. Mater infantis, cujus degenerationem describit, mediae tum erat aetatis integraque perfruebatur valetudine. Graviditas sine singulari mutatione aut incommodo cessit. Infans tres et dimidium diem nata, animum exspiravit: „Adspectus infantis is est," scribit Steinhausen, „ut totum corpus loricatum putes. Epidermis totius superficiei crassissima et callosa in squamas fissa est irregulares, inter quas altae rimae magis minusve hiantes ad cutem usque descendunt. Squamae vel majores vel minores sunt maximae in dorso, brachiis et manibus, cruribus atque pedibus, minimae in capite, pectore, ventre infimo, circa anum et genitalia. Callosae sunt, durae, propemodum corneae, passim cartilagineae tactu, linearum aliquot crassitiem aequant duasque referunt laminas, luculenter distinctas, quarum inferior mollior, tenuiorque est superiore."

Etiam *Stalpart van der Wiel*[2]) exemplum simile profert; quod tamen non ipse observavit. Haec enim habet: „*Helvetius* viduam annorum triginta sex vidit, cujus partium externarum superficiem marmor frigore non vincebat, utut membra satis moverentur. Rigida passim et instar pellis, qualis tympana sonora reddit, dura, nihil fere sensus reliquum habebat. Hoc autem malo Helvetius intra tres hebdomades diaphoreticorum antiscorbuticorumque ope illam liberavit." —

Propriam ichthyosis speciem singularis ille morbus formare videtur, qui hucusque nonnisi in Lambertorum

---

1) l. c. pag. 10.
2) l. c. Cent. II. obs. 43. pag. 432.

familia est repertus. *Sauvages* huic morbo „*Leontiasis histricis*" nomen tribuit, *Plenck* „*Hystriciasis*," *Germani* „Stachelschweinaussatz." Qui hoc morbo laborabant, „*porcupineman*" *Anglis* „*porc-epy*" *Gallis*, „Stachelschweinmenschen" *Germanis* sunt nominati. Quae de mirifico hoc morbo comperire potuimus, sequentibus breviter exponamus. *Alibert*[1]) per Lambertum ipsum se comperisse affirmat, quod ad familiae totius originem attinet, „qu'ils descendaient en droite „ligne d'un sauvage écailleux, lequel fut autrefois trouvé „au détroit de Davis et conduit par des voyageurs à „Philadelphie. Ce sauvage qui était pour le moins un „Africain, ayant éponsé une femme Européenne, eut un „fils qui hérita de cette enveloppe cornée! etc."

John Mochin[2]), qui primus oculos medicorum ad hunc morbum converterat, nihil de simili ejus deformitatis origine nobis reliquit, itaque illa Aliberti sententia fabulosa esse videtur. Dicit enim *Mochin*, *Eduardum Lambertum* fuisse filium agricolae cujusdam non adeo procul a *Fuston-Hall* in comitatu *Suffolk* degentis; nihil adjungit, ex quo sententiam deducere possimus, hunc quoque eodem morbo correptum fuisse, quod certo non omisisset, si res ita sese habuisset. — Puerum vidit quartum vitae annum agentem; cutis ejus atro, crasso integumento similis erat, passim obsita setis. Facies, vola manus, planta pedis, glans penis, non obductae erant. Sub auctumnum totam epidermidem exuebat, tum tres pollicis quadrantes crassam. Loca setis obsita (erant imprimis in abdomine lateribusque) velut setae, vel aculei eique resecti pollicem longi apparebant. Pari modo tacti eundem edebant clangorem, quam erinaceus, corpus conglomerans. Excretiones neque adauctae, neque diminutae,

1) l. c. tome II. pag. 174.
2) Phil. Trans. no. 424. 1731.

neque alius indolis erant in hoc puero, ac in quovis sano homine. Cum nasceretur infans, cutis ejus pura fuit, post sex vel octo hebdomades demum flavescere et tandem nigrum praebere colorem coepit. Eadem conjux, quae hunc infantem, plures edidit liberos, quibus ne unus quidem hanc, vel aliam quamque turpitudinem obtulit.

Baker [1]) eundem hunc Lambertum vidit quadraginta annos agentem, sanum, rubro et naturali faciei colore conspicuum. Quo tempore decidit integumentum illud corneum, non integra fructus est sanitate, sed venaesectione instituta sanabatur. Semel varicellis laboravit, bis hydrargyro salivatio inducta est. Intra hoc tempus cutis album retulit colorem, mollisque facta est. Paulo post vero priorem recepit texturam ac colorem. Genuit Lambert sex infantes qui omnes idem adepti sunt corneum integumentum. Unus eorum Bakeri tempore modo vivebat, cujus cuticula plane patris epidermidem aequabat. Ille quoque varicellis integumentum corneum amiserat. Nonum tum agebat annum. Nomen hujus pueri erat Eduard.

Serius duos genuit filios, *John* et *Richard*, neque non septem filias. Filiae turpitudine ista destituebantur, John contra et Richard omnino patri similes erant. *Tilesius* eos in libro saepius citato accuratissime describit. Arbitratur acutus ille naturae observator, aculeos, qui nobis appellentur, non nasci, nisi rupta crassa illa et callosa cute, id quod facile fieri possit corporis motu, vel frictione; neque merito aculeos nominari. Forsan incrustationis frustula ita nominari posse, quae plicatis cutis locis inhaereant. Erant enim haec parva, brevia, basi non conhaerentia, sed seorsim collocata in simplici illa squamosa crusta, quae immediate cum epidermide cohaerebat. Locus, ubi aculeus evulsus sedem

1) Phil. Trans. vol. 49. part. I. for the year 1755.

habuerat, sanguinem emittebat. Nusquam incrustatio altius epidermidi insita est.

John Lambert conjugem duxit virginem quandam Anglicam ex qua genuit prolem, eandem familiae suae indolem prae se ferentem, teste *Lobstein*[1]). *Green*[2]) Joannis Lamberti nepotem se vidisse refert, eodem malo, quo majores, laborantem. Proinde morbus hucusque sex percurrit generationes, filias non corripiens, sed tantummodo filios.

Dr. *Mansfeldt*[3]) pueri cujusdam exemplum narrat, cui morbus mensibus duobus post partum supervenerat. Incrustatio dextram et inferiorem pectoris partem tegebat supra costas spurias. Neque scrofulosi, neque alia dyscrasia laborare videbatur.

Videtur huc referri posse id, quod *Ruggieri*[4]) nobis reliquit (secundum Piccinelli l. c. pag. 8): „referito dal Signor Professore Ruggieri nelle sua elegante storia ragionata di una donna avente gran parte del corpo coperto di pelle e pelo nero."

His casibus addendi sunt nonnulli alii, qui certa quadam similitudine inter se cohaerent. Ortae quidem sunt corneae eminentiae in multis ejusdem corporis locis uno eodemque tempore, quarum natura non multum differre videtur a turpitudine cutis modo descripta. Videntur enim hi quoque casus pendere a dispositione quadam corporis, aliamque habere indolem, atque singula illa cornua, quibus Good Ichthyosis cornigerae nomen tribuit.

---

1) Anat. pathol. vol. I. pag. 359. — Cf. *Lauth*, Mém. sur les frères Lambert in Mém. de la société d'agriculture, sciences et arts de Strasbourg, tome I. pag. 327.

2) l. c. pag. 343. übers. in der Weimarschen Klin. Handbibliothek pag. 399.

3) *Horns* Archiv, Juli, August 1823. Erfurt.

4) Collect. academ. tom. III. Venezia 1816. per il *Pirotti*.

Praestantissima hujus monstrosae deformitatis exempla collegi:

Ash[1]) hunc casum narrat. In puella quadam, cujus nomen erat *Anna Jackson*, ad tertium usque annum perpetua sanitate fructa, inde ab illo tempore in omnibus fere articulis tubera apparebant cornea, quae circa basin verrucosa, acumen versus duriora magisque cornea facta sunt. In digitis omnibus et manus et pedis cornua longitudinis pollicum erant. Inter ungues inperfectos cutemque apparebant curvata coloreque cinereo; quae in ceteris articulis conspiciebantur, cornua minora erant; interdum delapsa quidem, sed redintegrata sunt. In genubus atque articulo cubitali permulta inveniebantur atque in cubito quidem duo, quorum alterum quatuor pollices longum dimidiumque crassum fuit. Tota simul cutis dura corneaque erat, puella autem, duodecim annos nata, sana. Menstruatio nondum accesserat.

Similem casum *Musaeus*[2]) narrat de virgine quadam viginti annos nata. Sine causa manifesta ungues digitorum ita elongabantur, ut nonnulli praesertim in manibus, sex digitorum longitudinem obtinerent. Quorum singula strata invicem sese tegentia facile dignoscebantur, intrinsecus quidem subalba, extrinsecus cinerea, subrubra, huc illuc etiam nigra. Tribus vel quatuor mensibus post delapsa, novis supplebantur. Praeterea in articulis cubitalibus, in genubus, in humeris, in pede articulisque ossium metacarpi corneae crustae procreabantur, quarum omnino natura congruit cum degeneratorum unguium natura.

Malpighi[3]) describit tabulaque picta illustrat casum,

---

1) Phil. Trans. no. 176. — Cf. Mem. de la chirurgie tome III. page 8. — *Piccinelli* l. c. pag. 13.

2) Diss. de unguibus monstrosis. Hafniae 1716. c. fig.

3) De cornuum vegetatione in *Mangetti* bibliotheca anatomica. fol. Genevae 1685. pag. 38.

quo cornea producta in manuum volis pedumque plantis observata sunt, una cum unguium deformitate, in puella triginta annos nata.

Ingrassias[1]) hunc refert casum:

„Nos Panhormi una cum solertissimo cheirurgo, Jacobo a Sorii nostro a pueris fere familiarissimo, nobilem quandam puellam virginem, quam plurimis recurvis simulque in summo exacutis, cornuum vitulorum instar effigies repraesentantibus et omnibus fere artubus, praecipue manuum cubiti et genuum excrescentiis correptam conspeximus atque etiam in capite et fronte. Verumtamen non sub cute, sed süper ipsa oborti erant tumores illi et quidem novo quodam generationis ordine. Etenim velut lapidis generatio contingit in vesica, ut scilicet alia paulatim atque alia super aliam velut tunica adveniente in magnitudinem increscat, ita et in illis adspeximus plurimas veluti osseas castas sibi invicem inhaerentes, non secus etiam, ac si avellanarum cortices dimidios, alterum alteri superimponas, minorem tamen majori, ut in acutum pyramidisque effigiem conjungantur. Tacti autem summopere circa basin dolebant et in tantum firmissime ac summae duritie inhaerebant, ut nemine medicorum aliquo remediorum genere succurrere valente ad nos tandem post multos jam sui morbi atque ortus horum annos consanguinei venerint. Continuo enim et magnitudine et aliis novis enascentibus numero etiam augebantur, quam Dei opt. max. gratia paucissimis diebus ad sanitatem reduximus pristinamque pulchritudinem.

Richter[2]) memoratu dignam tradit morbi historiam, ex qua haecce elegimus: Vir quidam longo tempore vagis arthriticis doloribus infestatus, erumpentibus quam-

1) De tumor. praeternaturalium natura. tom. I. pag. 336.

2) *Loders* Journ. für Chirurg. und Geburtshülfe. Jenae 1797. 441.

plurimis in extremitatibus corporis verrucosis, corneis, nigricantibus, nigris et vario colore tinctis exanthematibus, dolorum expers evasit. Ipsae extremitates tectae quasi erant, nec plantae pedum liberae. Maxima exanthematum aequabant ovum gallinaceum erantque squamosa, variis statis composita. Substantia exanthematis erat cornea similisque unguibus pedum.

Friese [1]) se novisse perhibet candidatum quendam Theologiae, trigesimum quartum aetatis annum agentem, cui aeque ac puellae, quam *Ash* commemorat, corneae excrescentiae erant unguium loco in digitis manuum pedumque, ita molles atque lamellosae, ut impedirent, quominus pedibus ambularet, vel manibus uteretur.

Ernst [2]) hunc apponit casum: „Carolus B. cum peculiaribus pedum excrescentiis e matris sinu in lucem prodiit. Pedes neonati et praecipue planta dextri pedis multis tuberculis ex flavo cinereis, rugosis, duris, corniculis simillimis, variam plerumque pisorum magnitudinem referentibus, obsiti fuerunt. Nonnullis locis massa laevis conica adscendebat, aliis autem et praecipue locis rugosis, disruptis, hirtis, in altitudinem certam provecta, micas parvas a superficie sponte dimisit. Cornu illud vere insigne a phalange digiti minimi prima pedis sinistri adscendens, sibi relictum recta directione, in apice obtuse acuminatum, ad pollicis longitudinem et ultra ascendisse affirmabatur. In circuitu excrescentiarum epidermis durior, crassior prominebat."

Locke [3]) puerum vidit quinque annos natum, in quovis apice digitorum manuum pedumque excrescentias corneas gerentem, quarum una in medio digito manus dextrae ultra quatuor pollices longa erat, ambitu

---

1) Uebers. v. *Willan.* II. pag. 157.
2) Diss. cit. pag. 21.
3) Phil. Trans. no. 230. — Cf. *Leske* Auserl. Abhandl. aus d. Phil. Trans. Lübeck 1774. Bd. I. pag. 341.

vero duos pollices aequabat. Quae quasi inspissationes unguium erant, falcularum avium instar curvatorum, sed non adeo cuspidatorum.

Similis casus observatus est a Dr. *Haskel*[1]), Dr. *Behrends*[2]) etiam observavit et descripsit ejusdem generis exemplum. *Cruveilhier*[3]) secundum *Béclardi* praeparatum tuberosae in manibus luxuriei insigne edidit exemplum.

Bréschet[4]) ejusdem generis exemplum prodidit ex collectionibus facultatis medicae Parisiensis, ex quo apparet, in manibus pedibusque vetulae cujusdam mulieris crassiores tabulas corneas exstitisse.

Rayer[5]) eundem casum commemorat, haec adjungens: „de la plante des pieds et de la paume des mains s'élèvent des excroissances au nombre de 5 à 6 de la grosseur du doigt et d'une longueur de 8 à 10 pouces. Ces productions son très friables et démontrent l'analogie de la substance de la corne et de l'épiderme. Le mode d'union de ces appendices avec la peau est moins bien connu que celui des productions cornées solitaires." Similes casus narrati sunt a viris doctissimis *Sachs*, *Sennert*, *Buffon*, *Wroe* al.

Sequitur nunc illud genus Ichthyosis corneae, quod in certis corporis locis conspicitur, ab omni parte limitatum. Haec sunt cornua, quorum proprie plane aliena est natura et indoles in cute nascentium. Sed haec quoque Ichthyosi adnumeramus, cum et structura et an-

---

1) New-England Journal of Med. and Surgery. vol. VIII. Boston 1819. — Idem in Ephem. med. chir. Salzburg 1820. II. 38.

2) Cf. Lor. *Ruffii* descriptio quae a *Sömmering* edita est. Francof. 1825. fol. c. V tab.

3) Anat. path. du corps hum. Fasc. VII.

4) Dict. de méd. 2de éd. tome IX. Art. cornées productions.

5) l. c. T III. 645.

tiquus scriptorum mos ea ad Ichthyosin referant. Haec dum formam imitantur et magnitudinem summae cutis secernentis; formam cornu caprini induunt. In universum autem eo sunt conspicua, quod aliquis in cute locus isque vi morbosa irritatus ac praeterea omnino circumscriptus, corneis obducitur coagmentis, quae per crebras ordinum vices continuo secernuntur, sensimque in altitudinem satis magnam porriguntur. Aut enim normalis aliqua cutis pars irritatur, aut antea jam degenerata, aut amplior folliculus adiposus, aut denique pars cutis redingrata, h. e. cicatria.

I. Primum igitur quaerendum videtur de *cornibus, quae in cutis partibus vasculosis, aut normalibus aut jam morbosis, oriuntur.*

Hac specie tum illa continentur cornua, quae vel ictu vel vulneratione, vel ustione in ipsa cute normali, praecipue in editioribus corporis partibus, generantur, tum ea, quae in illis exsistunt locis cutaneis, quibus antea vel affectiones inflammatoriae, vel pustulae, vel noduli cutanei insederunt [1]).

Avenzoar [2]) haec narrat: „Audivi a patre meo, quod cuidam viro vidit nasci in dorso suo os ad similitudinem unius cornu, quod erat minoris duritiei ossis naturalis et ipse pater meus purgavit humores grossos in ipso et postea posuit medicinas exsiccativas super os ita quod cecidit dictum os sicut cadunt cornua cervi in vere. Et mihi etiam fuit ortum os unum super dorsum, magnum mihi inferens dolorem et purgavi me ab humoribus grossis et posui super ipsum resolutiva; ita, quod resolutum fuit pro majori parte, et illud modicum, quod

---

1) Cf. *Ainsworth* l. c. pag. 13. seqq. ex quo praecipue hausi, semper ea, quae ille nobis proposuit, cum ipsis fontibus conferens, et quae necessaria videbantur, ex aliis fontibus adjungens.

2) l. c. lib. II. cap. 5.

remansit, non impedivit me in aliqua in operationibus naturalibus exercendis."

Scaliger [1]) haec profert: „Cornua hominibus agnasci aegritudo est, non monstrum, de qua Principi Aboali atque maximo viro Abumero narrantibus, equidem propter eorum auctoritatem adducebar ut crederem; donec unum vidimus in dorso remigis cujusdam qui in Lignrum triremi diu fuerat."

Heliodorus [2]) etiam cornuum humanorum mentionem facit.

Borellus [3]) cornu quoddam vidit in pede, *idem* [4]) aliud observavit in facie.

Lachmund [5]) cornu in pede a se observatum esse testatur.

Koenig [6]) testis est in pollice, ungue exciso, cornu esse natum.

Dolaeus [7]) cornua vidit in apicibus manuum pedumque.

Riverius [8]) cornua in facie describit.

Schenck [9]) (secundum *Lanfranci* Chirurgiam majorem tract. III. doct. 2. cap. 3.) simile exemplum narrat, ita locutus: „Vidi hominem, qui venit ad me pro consiliis, qui habebat in capite septem eminentias, unam aliam majorem et in diversis locis, quarum aliqua erat ita magna et acuta, sicut cornu capreoli, vel longitudi-

---

1) Exercit. ad Cardanum de Subtilitate. 199. 5.

2) Graecorum chirurgici libri ed. ab Ant. Cocchio Florentinae. 1754. pag. 124.

3) Cent. I. obs. 14.

4) Cent. IV. obs. 52.

5) Misc. Acad. Nat. Curios. Dec. III. Ann. III. App. pag. 109.

6) Misc. Acad. Nat. Curios. Dec. II. Ann. X. pag. 208.

7) Epist. pag. 216.

8) Obs. communicantes. pag. 682.

9) lib. I. obs. 21. l. c.

nis pollicis: et multum laedebant cutem et miratus fui, quoniam cutis non fuerat ulcerata."

Fabricius Hildanus [1]) se vidisse refert hominem cornutum, cui in medio fronte cornu simile arietino retortum ad suturam coronalem superne ad verticem erat. Vel in utero natum est: num tamen fuerit obortum ob matris imaginationem, non explicat.

Similem quidem praecedenti, sed etiam mirabiliorem historiam, nobis tradidit *Giovanni de Murallo* teste *Piccinelli* [2]): Mulierem enim refert parentem in dextro humero cornu ingenitum habuisse, quatuor digitos transversos longum, itemque alterum liberorum in dextra capitis parte, alterum vero in medio pectore cornu simili praeditum fuisse.

Boerhaave [3]) sustulit cornua circa articulos nascentia sero lactis cum radice graminis.

Dumonceau [4]) complura describit cornua in lumbis feminarum exorta, quorum maxime memorabile illud est, quod in viduae Delediville lumbo sinistro apparebat cum jam septuagesimum nonum ageret annum. Aequabat hoc cornu ad basin tres, in apice unum pollicem, novem pollices longum erat et quatuor lineas.

Dalechampius [5]) cornu, in fronte nobilis feminae natum, quam *de Fortiuc* Monpessulani vocant, digiti longitudine filo paulatim adstricto praecisum vidit anno 1542.

Denis [6]) Cornu ad genu observavit.

Rochefort [7]) Cornu in lumbo.

---

1) Obs. chirurgicae. cent. II. obs. 25.
2) l. c. pag. 8.
3) De morbis nervorum I.
4) Journal de méd. et de chir. tome XIV. pag. 145.
5) annot. ad Plinii cap. 37. lib. II. litt. d.
6) Mém. concern. les arts et les sciences. Paris 1672.
7) Mém. de l'acad. de chirurgie tome III. histoire pag. 7.

Marc [1]) in facie et manibus mulieris cujusdam, quae apoplexiam sustinuerat, magnam molem cornearum verrucarum viderat.

Dublanc [2]) tria adnotavit cornua, quorum unum in viri cujusdam humero fuit collocatum, prorsus inflexum, reliqua in ejusdem hominis nepote eaque pone trochanterem majorem.

Histoire de l'académie royale des sciences à Paris. 1772. pag. 25. cornua nonnulla describit, quae ad nasum orta erant.

Saviard [3]) se vidisse affirmat hominem cui in utroque pedum halluce pro unguibus cornu, arietino simile, excreverat semilunare, quod ceteros digitos plane tegebat.

Rigal [4]) circa sternum et tuber ischii cornu quoddam vidit.

Carradori [5]) exemplum profert feminae, cui septuagesimo aetatis anno in lumbis duo cornua formabantur, quae grisea et caprinorum instar cornuum dura erant, quatuor pollices longa, in basi pollicem crassa, inaequalia, nec glabra, nec rotunda.

Breschet [6]) memoriae prodidit, mulieri vetulae accidisse, ut in fronte ipsius ictu laesa cornu nasceretur quinque digitos longum ejusque caput malum odorem edidisse.

Otto [7]) mulierem in manus dorso cornu habuisse, duos digitos longum et crassitiei digiti, idemque cylindraceum, refert.

---

1) *Férussac*, bulletin des sciences médicales tom. XXII. pag. 3.
2) *ibid.* t. XXIII. pag. 3.
3) *Lassus*, Pathologie chirurgicale. Paris 1806. tom. I. pag. 360.
4) Dict. des sciences médicales t. IV. pag. 251.
5) Opuscoli scelti di Milano 1798. vol. XX. pag. 231.
6) Dict. de méd. 2de éd. t. IX. Art. cornées productions.
7) Seltene Beobachtungen Heft I. pag. 104.

Froriep[1]) cornu descripsit et illustravit, quod in dextra mala mulieris triginta annos natae, quae psoriasi inveterata laborabat, natum post sex hebdomades sponte decidit.

Meckel[2]) haec apponit: Mulier quaedam triginta sex annorum curru vecta, vehementes capitis quassationes passa erat, unde quinque aut sex orti sunt his locis tumores, quorum maximus cruri sinistro suturae lambdoideae proximus fuit. Qui per decennium ovi columbini magnitudinem assecutus, tandem mollescebat ictuque fortuito ruptus, magnum per annum humoris copiam emisit. Tum protuberantia erupit mollis, dimidium pollicem longa, cujus ex apice, foeminae anno aetatis quadragesimo septimo, cornu curvatum prodiit intra tres annos trium digitorum altitudinem assequens. In cornu hujus ambitu capilli deerant, quorum loco nonnullae eminentiae inveniebantur durae. Cornu resecto post quatuor hebdomades fungus dolorificus cernebatur durus, lineae unius altitudinem habens, et umbellae instar distentus, tres lineas latus, superficie inaequali, crusta nigrescente tectus. In cornu tandem vertebatur petiolatum, quod in pollicis altitudinem excrescens, fortuito decidit.

Alibert[3]) sacerdotis cujusdam mentionem facit, septuaginta sex annos nati, nomine Crayon, in oppido Villeneuve, cujus in sterno, cum trigesimum ageret annum, cornu exortum erat, quod intra quinque annos novem pollices longum reddebatur; duorum pollicum ambitus ejus erat in basi. Semel fractum est, sed renatum et intra octo menses quinque pollicum longitudinem assecutum. Inde ab hoc tempore semper descin-

---

1) Chirurg. Abbild. fasc. 64. Taf. 323 u. 324.

2) Deutsches Archiv f. Physiologie. 1815. Bd. I. p. 298 sqq. tab. III. fig. 2.

3) l. c. t. II. pag. 179.

debatur, quoties nimiam longitudinem adipiscebatur. Etiam nunc crescere pergit.

Gall[1]): Vir triginta et quinque annos natus per annum in pede sinistro supra tuberositatem calcanei magnam animadverterat cutis indurationem in dies magis invalescentem. Pars indurata ad thaleri magnitudinem provecta, in medio altior, cornu conici prolongabatur; colore erat subfusco, pollicem propemodum longa; ejusdem longitudinis erat diametrus baseos. Tela ex massa constituta erat basi quidam affixa, aequali, cornea, in qua neutiquam forma lamellorum conspiciebatur. In toto autem circuitu exstitit induratio illa epidermidis squamosa, quam jam ante in Ichthyosi simplici momoravimus. Vir nullas gravioris momenti molestias querebatur. Simulatque autem ad altitudinem majorem pervenerat cornu, dolores ad modum vehementes, calce premente, orti sunt. Factum inde est, ut, ubi molestiae ex morbo venerant ob magnitudinem cornu, aegrotus id in basi extemplo desecaret. Inter operationem quae cute degenerata post pediluvium satis emollita facilius procedebat, dolores gravioris momenti non sensit etiamsi semper aliquid sanguinis effundebatur. Mox autem redintegratum est marum, quare aegrotus completa cutis degeneratae exstirpatione illo cupit liberari.

Duo exempla praeterea huc afferri possunt cornuum quae verrucis ortum debebant. Alterum eorum narrat *Morgagni*[2]) his verbis:

„Ex verrucarum genere illud certe erat cornu, quod nuperrime ipse in sene vidi ex agro Patavino. In illud enim verrucam, quam diu in laeva sincipitis parte gesserat, ante annos quatuor degenerasse ajebat et sensim ad eam, qua tunc erat, digitorum transversorum amplius

1) l. c. pag. 19.

2) De sedibus et causis morborum (Lib. V. epist. anat. medic. LVII. art. 2.)

quatuor longitudinem excrevisse. Nisi basim versus reprimeres, homo non dolebat; nec mirum; cutis enim quadam quasi phlogosi affecta circa basim ita se attollebat cum eaque cohaerebat, ut ex cute cornu fieri, intelligeres juxta Malpighii sententiam: et quid aliud denique sunt verrucae, nisi productae, morbosaeque cutis papillae? Basis pollicem aequabat, unde coni instar antrorsum curvati sensim exilescens, in apicem abibat. Totum cornea erat duritie, superficie autem striata secundum longitudinem, facile id quoque ab intervallis inter papillas in longum pergentes relictis discernebatur. Singulare id fuit, quod ut stolo ex humo suae proxima arbori se attollit et pullulat, ita ex cute proxima lateri majoris cornu, alterum jam crescere corniculum coeperat, illius simile, nisi quod ut subtripla adhuc erat longitudine et crassitudine, sic necdum se inflectebat.

Alterum *Rayer* [1]). Narrat enim mulierem quandam sexaginta quatuor annos natam, cui nomen fuerit Rose Davêne, duo cornua in lumbis habuisse duorum pollicum longitudine, exorta ex verrucis. Non dolebant, nisi cum premebantur vestibus.

II. *Cornua quae ex irritata planitie folliculi sebacei obturati interna oriuntur.*

Neque haec ita sunt rara. Quae et ipsa interdum vel ictu vel simili laesione eduntur. In quo par est, quendam folliculi tumorem, sive atheroma antecessisse. Cujus tumoris ortum praecipue ab A. Cooper observatum primus exposuit Everardus Home [2]) qui tamen in ea re nimius exstitit, quippe statuens omnia pariter eadem hac ratione cornua nasci. Cornu cujusdam hujus generis evolutionem ita describit *Rayer* [3]). Primum materia mollis subinde indurescit atque resistentiam

1) l. c. t. III. p. 644.
2) Med. facts and observ. vol. III.
3) l. c. III. pag. 641.

quandam accipit. Paulopost supra cutis superficiem protruduntur cornua atque insignem interdum adipiscuntur altitudinem latitudinemque. Primo evolutionis tempore et cum volumen eorum nondum nimium est, pellicula quadam obducta sunt, ita ut cystide quadam inclusa videantur. Postea membrana ista non nisi basin harum appendicum includit. Non profundius in corpus immerguntur, quam cystis. Semper moveri possunt, aeque ac cutis musculorum sub iis stratorum actionibus agitur. Cystis illa, in cujus antrum basis cornu inserta est, nonnunquam chronicam subit inflammationem ex qua magis minusve profunda ulceratio nasci potest.

Sequuntur exempla quae colligere potui omnia hucusque observata:

Fabric. Hildanus [1]) Cornua in fronte describit.

Bartholinus [2]) mulierem vidit, quae in dextra capitis parte cornu adepta erat duodecim digitos longum, cornu caprini similitudinem referens.

Mannagetta [3]) memorat, virum quendam ex febre tertiana in regione decimae et undecimae vertebrae dorsalis tumorem tulisse nucis magnitudine, ex quo decennio post cornu prodierit in dimidii pedis longitudinem elevatum.

Lanzoni [4]) cornu in pueri fronte nati mentionem facit.

Detharding [5]) feminam ait complures in capite tumores obtinuisse, ex quorum uno cornu succreverit.

Vesling [6]) monachae cuidam sexagenariae cornu, quod articulum digitalem aequaret, ex sinistra frontis

1) Obs. med. chir. Cent. II. 26.
2) Historia var. anat. Cent. I. hist. 78. p. 128.
3) Ephem. Acad. Nat. Cur. Dec. I. Ann. I. obs. 33. p.103.
4) Misc. Acad. Nat. Cur. Dec. III. Ann. IV. p. 152.
5) Misc. Acad. Cur. Dec. III. Ann. V. App. p. 148.
6) ***Bartholin.*** Hist. anat. cent. V. hist. 27.

parte se excidisse tradit; id postea denuo erupisse quidem, attamen ferro candente excisum esse.

Gastellier[1]) adnotavit, mulierem sexaginta tres annos natam in imo osse temporis sinistri tumorem concepisse, qui paullatim auctus unguis formam exhibuerit. Qui saepius serra resectus renasci porrexit. In quo illud memorabile est, quod priores exsrescentiae durissimae ac plane rotundae, alterae autem minus densae, nec item perfectae comparuerunt. Praeterea illa plures in capite folliculos tuberosos habuit.

Lée[2]) auctorem *Home* secutus, narrat anno 1668 in comitatu Cheshire anum vixisse septuaginta duos annos natum, quae per triginta duos annos cysticum tumorem in capite habuerit, ex quo duo cornua nata sint. Idem exemplum narratum est in *Minutes of the Royal Society Februar* 1704. Ibidem Dr. *Gregory* tradidit, in mulieris cujusdam Edinensis temporibus cornu exstitisse septem digitorum; item Dr. *Charière* testatur simile in muliere quadam supra colli vertebram secundam fuisse excisum. Ibidem Dr. *Norris* cornuum duorum ex capitis superficie emergentium mentionem facit.

Everard Home[3]) duo hujus deformitatis exempla memoriae prodidit, quae inter suos familiares occurrebant. Utrumque cornu in femina paullatim ortum erat ex cystide, quae sponte aperta evacuavit „a thick gritty fluid." Altera femina unum modo, quinque pollices longum, altera quatuor cornua gerebat.

Idem hoc loco mentionem facit cornu undecim digitorum in Museo Britannico asservati, quod in capite mulieris quinquaginta annos natae, tumore cystico per quadriennium laborantis, exstiterit.

---

1) Mém. de la soc. de méd. 1776. pag. 312.
2) Natural history of Lancashire and Cheshire.
3) Phil. Trans. vol. LXXXI. pag. 95 seqq. — Cf. *Harless* und *Scherzers* Journ. für ausländ. Litter.

Green [1]) addit illud in basi pollicum duorum et dimidii circuitum exhibere.

Parkinson [2]) vidit in muliere inter verticem et dextram aurem ex tumore folliculoso corneam emergere excrescentiam.

Cabrol [3]) cornu ab alicujus viri fronte a se ablatum esse testatur.

Dupré [4]) excrescentias corneas in calvaria observavit.

Lambert [5]) observavit cornu ex capitis tumore prorumpens.

Majorat [6]) haec commemorat: Femina quaedam quinquagesimum septimum annum agens dolores capitis insignes passa erat, quibus discussis, sub crinibus in fronte tumor cinerei coloris prodibat, qui dein in tres ramos divisus et fortitudine et colore et figura cervino cornu simillimus erat. Medius ramus quatuor pollicum longitudinem aequabat.

Ausiaux [7]) simile cornu in fronte descripsit.

Piccinelli [8]) duo apposuit exempla cornuum ex tumore cystico capitis natorum.

Alibert [9]) mendici alicujus in occipitio duo ejusmodi cornua observavit.

Caldani [10]) cornu descripsit, quod in muliere qua-

---

1) study of med. vol. IV. pag. 466.

2) Mem. of the London med. soc. vol. IV. pag. 391.

3) Obs. anat. XI. — cf. *Meckel* pathal. Anat.

4) Phil. Trans. No. 251.

5) Commentaires et oeuvres chir. II. — Vide *Halleri* Bibliotheca chirurg. I. pag. 315.

6) Gazette salutaire de Bouillon 1788. secundum *Hufeland* Annalen der ausw. Med. Bd. I. pag. 447. No. 109.

7) Clinique médicale.

8) l. c. pag. 24. seqq.

9) Dict. des sciences méd. tome IV. pag. 251., et Monographie des Dermatoses 2de éd. Paris 1835. t. II. pag. 778.

10) Mem. della societa Italiana. t. XVI. part. II. Verona 1813. pag 127. cf. *Meckel*, Archiv. Bd. I. pag. 298.

draginta quatuor annos nata duodecim annis ante ex tumore cystico per ictum, inter vehendum capiti illatum, excrevit et facta exstirpatione rediit.

Astley Cooper[1]) duo exempla consimilia in calvariae superficie vidit et descripsit.

Bertrand[2]) similis in capite cornu observationem litteris mandavit.

Dr. *Roots*[3]) narrat, John Kennedy 1796 ex tumore cystico cornu accepisse in capite trium pollicum longitudine, quod cum quando pileum capiti adimeret, sponte decidit, postea autem renatum plane exstirpatum est.

In *Med. Repository of New-York* 1819. vol. V. permagnum cornu capitis bisulcum legitur descriptum.

Otto[4]) duo refert exempla similia e collectione ill. Bell, tertium e collectione Astley Cooper, quartum e museo Ashmoleano Oxfordiano.

Piccinelli[5]) hoc nobis narrat (secundum Dict. Géogr. port. de Vosgien. art. Edimbourg). Nella biblioteca dell' universita d'Edimburga si conserva un corno della longhezza di alcuni pollici, che fu levato ad una donna d'anni cinquanta e ne visse ancora dodici dopo l'operazione.

Ploennies[6]) descriptionem cornuum edidit, in vetula septuagenaria conjugii experte natorum. Anno aetatis sexagesimo prima illa complures tumores cysticos et excrescentiam fungosam in pilosis capitis partibus conceperat. Unus tumorum illorum cysticorum, qui in

---

1) Surgical Essays by A. Cooper and B. Travers. Bd. II. pl. VIII. fig. 8 et 9.

2) Archives génér. de méd. 1824. Août.

3) Surgical Ess. by A. Cooper and B. Travers. Bd. II., übers. in der chir. Handbibliothek. Bd. I. Abth. 2. Seite 358. Taf. XI., fig. 8.

4) Path. Anatomie, vol. I. pag. 111.

5) l. c. pag. 9.

6) Froricps Notizen. vol. VII. 1824. no. 135.

suprema fronte erat, forte laesus, deinde dissectus et unguentis irritantibus curatus est; quo facto vehementiores dolores sensimque excrescentia cornea nascebatur, quae anno secundo ad digitos duos cum dimidio aucta, postea quotannis tempore verno sponte decidit.

Pensa[1]) homini septuaginta quinque annos nato in verticis aliquo loco, quo ante viginti quinque annos tumorem sustulerat cysticum, cornu exstirpavit. In quo duobus mensibus post, quam cornu istic denuo comparuerat, tumor cysticus in cervicibus nascebatur. Pensa ibidem adumbravit dimidium cornu, quod homo octogenarius in dorso habuerat.

Alibert[2]) Catharinam Cheveville, ait, septuagesimum annum agentem, cornu praeditam fuisse quinque pollicum longitudine in sterno, quod prodierat ex tumore cystico exstirpato.

Dubois[3]) in domo nuncupata: „hospice de perfectionnement", Parisiis vetulam quandam tractavit, conicum frontis cornu gerentem, cujus basis diametrum 6 ad 7 pollicum aequabat et quod sex pollices longum erat. Femina semper dolores capitis accusabat, quorum gradus sensim augescebat. Rayer ita pergit: „Le sommet de la corne était solide, sa base était d'une teinte plus claire et d'une consistence beaucoup moins considérable. Des couches circulaires indiquaient les dépôts successifs de la matière dont elle était composée et formaient des inégalités semblables à celles qu'on remarque sur les cornes de quelques ruminans. L'épiderme se comportait sur la circonférence de la base de la tumeur comme sur les ongles près de leur insertion à la peau et dépassait le corium de quelques lignes. Des parties détachées de la tumeur mises en contact

1) Froriep's Notizen. vol. XVI. 1826. no. 6.
2) Traité des maladies de la peau. t. II. pag. 178.
3) *Rayer* l. c. t. III. pag. 642.

avec un corps mis en ignition, brulaient en répandant une odeur semblable à celle de la corne soumise à la même expérience. Cette tumeur avait fini par refouler les téguments du front et par abaisser les paupières, de telle sorte que les yeux étaient habituellement couverts. La tête de cette femme répandait une odeur fétide."

III. *Cornua, quae cicatricum recentium irritatione oriuntur.*

Quemadmodum supra descripta genera aut rotundam aut conicam sive cornu similem figuram praestant, sic eae excrescentiae corneae, quae ex cutis locis, chronica inflammatione laborantibus et ex cicatricibus irritatis nascuntur, varias ac diversas formas induunt ex similitudine ejus loci vel cicatricis, unde natae sunt. Atque imprimis in cicatricibus amplioribus, iisque ustione exortis, coagmenta inveniuntur cornea plusculum superficiei corporis occupantia, in cicatricibus adstrictioribus et oblongis gignuntur cornua, aut clavi aut unguis similitudinem referentia; in cicatricibus autem rotundis cornua crescunt plane rotunda[1]).

Quin *Avicenna*[2]) hac de re disseruit secundum suas ipsius observationes. Dicit enim: „Sunt additiones spissae vel densae, curvae nascentes super juncturas in extremitatibus propter vehementiam operationis. Et cura earum est incisio ut removeatur ex iis illud, quod non dolet, deinde administrentur super residuum medicinae vehementer acutae ex medicinis verrucarum, donec cadat: deinde consequatur butyrum coctum."

Benedictus[3]) haec memoriae prodidit: Vidimus, in-

---

1) Cf. *Ainsworth*, l. c. pag. 17.
2) Canon. lib. IV. fen. 7. tract. 3. cap. 14.
3) Anat. lib. I. c. 14. — Cf. *Zacut. Lusit.* de medic. princ. hist. lib. II. hist. 4. — Journ. de Méd. t. XIV. pag. 180.

quit, in Creta insula, vulnerato genu sagitta, cornu nigrum rupicaprae capiti simillimum prodiisse materiamque, quae in ossis substantiam converti debuisset, in corneam naturam aëris afflatu facile conversam concinneque gummi modo indurescentem.

Fabricius Hildanus[1]) testatur ex mento viri cornu prodiisse semipedalem longitudinem et pollicis crassitudinem aequans.

Severinus[2]) ex abscessibus cornua esse generata retulit, quae forsan ad cornua e tumoribus cysticis prorumpentia referre malueris.

Bauhin[3]) in homine animadvertit, dextro verticis osse contuso, primum substantiam fluidam, deinde ex illa cornu arietinum succrevisse.

Viçq d'Azyr[4]) in aliquo notavit homine circa dextram temporum partem ex arcus zygomatici regione cornu tres digitos longum et in basi unum digitum crassum idemque acuminatum. Natum erat illud vulneratione cultri tonsorii saepius repetita, ex qua primum corpusculum durum et vasculosum erat ortum. Multis insigne erat fibris.

Plenck[5]) homini inquit cuidam juvenili aetate accidit, ut unguem sinistri auricularis digiti ictu amitteret, ex qua cicatrice deinceps crassa longiorque ungula nata erat.

Cardinalis de Medici[6]) describit cornu e vulnere natum, quod curavit. Materia hujus cornu collae induratae similis erat, palmae erat longitudo.

---

1) Obs. med. chir. cent. II. obs. 25.
2) De recond. abscess. nat. lib. IV. c. 25.
3) *Bartholini*, hist. anat. cent. V.
4) Mém. de la société de méd. 1780. pag. 494.
5) Doctrina de morb. cutan. Viennae 1776. pag. 115. nota.
6) Piccinelli l. c. pag. 18. secundum Suppl. du journ. des savans. pag. 131.

Cruveilhier[1]) mulierem a se curatam esse tradit in nosocomio Parisiensi, quae in interiore cruris parte sex corneas tulerit excrescentias coniformes ex repetita bacilli carbonarii ustione natas easque gravius dolentes.

Clocquet[2]) mulieri cuidam ingens cornu, quod illa ex aliqua frontis ustione, foedo subsequente effluvio, conceperat, exstirpavit. Idem adnotavit, cornu illud in basi cartilaginosum fuisse eamque cartilaginosam massam subinde evasisse siccam, indeque illud cornu dejectum, denuo fuisse generatum.

Praeterea septem exstant observationes cornuum in praeputio et in glando penis exortorum, quas sequentibus in scriptis facile reperire potueris:

182. *Reghellini*, osservazioni sopra alcuni casi rari medici et chirurgici. Venezia 1764.
183. *Camilla Boniolli*, auctore *Caldani* in scholis suis commemeravit vidisse se in cujusdam hominis pene ungulam enatam.
184. *Florianus Caldani*[3]) in Mem. della soc. italiana. t. XVI. 2. 1813. pag. 124 seqq.
185. *Ebers*, quemadmodum testatur *Otto*[4]) cujus cf. opus citatum.
186. *Richond des Brus* in Arch. gén. de méd. t. XV. 1827. pag. 218. seqq.
187. *Bréschet*, in Dict. de méd. 2de éd. t. IX. Paris 1834. Art. Cornées productions.
188. *Froriep*, secundum *Ainsworth* in libro citato.

---

1) Anat. path. du corps humain fasc. VII.

2) Bulletin des sciences médicales. t. XXII. pag. 475.

3) Idem refertur in *Meckels* Archiv. I. Bd. II. Heft. pag. 299.

4) Seltene Beobachtungen zur Anat. Physiol. und Pathol. gehörig. Heft I. Breslau 1816.

DIAGNOSIS.

Ichthyosis ea, quae super totum corpus extenditur, praecipue si satis magnas durasque prae se fert squamas, tam perspicuis signis notatur, ut haud facile cum ullo alio cutis morbo confundatur. Partialis vero Ichthyosis, imprimis ea, quae epidermidem in minimas easdemque tenuissimas laminas dividit, oculo si intuearis, farinae similem exfoliationem praebentes, cum ea exfoliatione confundi poterit, quae nonnullas cutis inflammationes sequitur, prae ceteris cum ea, quae post eczema vel lichenem[1]) saepissime observatur, nisi siccitas harum superficierum morbosarum, durities laminarum, vel minimarum, color cinereus, imprimis vero spissitudo permagna cutis, signa essent sufficientia, quibus omnis error auferatur. Praeterea morbi origo, defectus cujusvis laesionis partium affecta loca circumdantium, quae in impetiginibus vesiculosis, papulosisve nascentibus nunquam abesse solent[2]), maxime nos adjuvant in morbo bene dignoscendo.

---

1) *Rayer*, l. c. tom. III. pag. 622., hoc ita exponit: Dans les lichens confluens et invétérés la peau peut devenir rougeuse, brunâtre et se couvrir d'une infinité de petites écailles assez analogues à celles des Icthyoses légères et partielles. Mais cet état est accompagné d'un prurit insupportable et précédé de papules. D'ailleurs l'existence simultané ou le développement ultérieure de semblables élevures sur quelques points voisins de la peau déjà farineuse, dissiperont les doutes, qui pourraient s'élever sur la nature de ces cas obscures.

2) Cf. *Green*, l. c. pag. 343.: „The absence of every thing like the distinct forms of elementary lesion by which the vesicular, pustular, papular, squamous and other cutaneous diseases commence and the almost uniformly, congenital nature of the alteration ought never to leave a doubt as to the identity of ichthyosis.

Squamarum solutio, quae in pityriasi incipit a centro, cum peripheria cuti maxime sit affixa, in ichthyosi, ubi centrum firmiter cum partibus sub squama positis, cohaeret, orditur inde a peripheria. Pityriasis squamae sunt simplices, ichthyoseos squamae e compluribus laminis componuntur. Cutis sub squamis Pityriasis rubeum quendam colorem praebere solet, in Ichthyosi vero variegatum[1]) et Lepra et Psoriasi morbus noster eo differt, quod squamae ejus non nascuntur in maculis strictissime circumfinitis, non tam facile exfoliantur, (unam illam speciem quam Alibertus serpentinam dicit, si exceperis), dolore, pruritu (recrudescente morbo aegrotus noster pruritum semper animadvertit, consummato nunquam) calore non stipatur, cum aliis morbosis affectibus non cohaeret[2]).

Secundo, quarto, quinto, nonnunquam decimo die, postquam nati sunt, infantium cutem mutari notum est. Exfoliato ista epidermidis, ab ill. Billard[3]) optime descripta, cum Ichthyosi confundi non potest; nam, de ceteris ut taceamus, nunquam diutius perstat, quam per aliquot menses.

Senum quoque epidermis nonnunquam exfoliatur magis minusve, sed differt hic status a leviore ista Ichthyoseos varietate, deficiente incremento et crassitie epidermidis in genubus et natibus, id quod semper observatur in Ichthyosibus[4]).

---

1) *Schoenlein*, l. c. vol. III. pag. 18.

2) *Blasius* in *Rust* Handbuch der Chirurgie. Art. Ichthyosis.

3) Traité des maladies des enfans nouveau-nés et à la mamelle. 8. Paris 1823. pag. 32.

4) Cf. *Rayer* l. c. — Non praetermittendum mihi videtur id, quod Rayer huic capiti adjungit (pag. 623), cum saepius errores tales exoriri possint. Propria ejus verba haec sunt: „Je crois devoir appeller l'attention sur une erreur possible, „puisqu'elle a été commise par deux habiles observateurs:

Pellagra (quam Ichthyosis speciem esse Alibertus arbitratur), tot symptomatibus ab isto morbo differt, ut vix crederis, virum tanta experientia munitum adeo falli potuisse. Optimam illam descriptionem, quam vir ill. *Gall*[1]) nobis tradidit, hic apponamus, a qua facile cognosci poterit, quanta sit differentia inter hos morbos.

Est Pellagra in Lombardia endemica. Vere tantum aestateque grassatur, evanescit medio auctumno, sed manent semper alia symptomata. Decursus morbi semper chronicus est, complures annos perdurans. Debilitas quaedam cum corporis tum animi universalis, appetitus defectus, dolores in epigastrio, diarrhoea, dolores vagi in articulis iique obtusi, sensus lassitudinis subitu ortus, dolores capitis, syncope, morbi sunt symptomata, quae degenerationem cutaneam antecedere solent. Haec quidem apparet in dorsis manuum pedumque in articulis, in collo, rarius in facie, macularum parvarum forma rubrarum, quibus gradatim sese propagantibus aliquantu-

---

„Bateman a fait graver dans son atlas sous le nom d'icthyose „de la face un cas qui appartient certainement à l'enduit „cérumineux produit par une maladie des follicules. Mr. Anthony Todd Thomson a publié comme un exemple d'icthyose „de la face une observation relative à cette même maladie „des follicules. Or dans cette maladie des follicules que j'ai „le premier fait connaître, la peau affectée devient d'abord „comme huileuse sur les points malades. Bientôt la sécrétion „des follicules augmente; l'humeur versé sur le surface de „la peau prend plus de consistence et finit par y former une „sorte de couche squameuse plus ou moins étendu. D'abord „molle, peu adhérente, elle acquièrt bientôt plus de dureté et „ne peut être détachée sans douleur. Au dessous de cette „couche cérumineuse la peau est d'un rouge animé, les ori- „fices des follicules paraissent dilatés et quelquefois remplis „par l'humeur sébacée solidifiée." — Cum difficile sit diremtu quis hic erraverit, ambos hos casus in commentatiuncula nostra duce Bateman ut Ichthyosis casus commemoravimus.

1) l. c. pag. 22. seqq.

lum tumescit cutis, sensusque tensionis accedit pruritusque. Ille macularum rubor erysipelatis rubore saturior est. Superficies initio quidem nitens, mox squamis obtegitur, squamarum in psoriasi similibus. Aliquod post tempus maculae in majores coeunt. Cutis in punctis illis indurata apparet, plus minusve rimosa. Delapsis sensim squamis, superficies rubra nitidaque relinquitur. Rarius jam primo anno novae squamae adsunt. Sub finem aestatis, vel initio auctumni, cutis pristinam obtinet naturam, sed rarissime contingit, ut sanitas radicitus instauretur. Symptomata universa morbum cutaneum comitantia modo descriptum esse solent irritationis gastro-intestinalis, quorum maxime insons diarrhoea habetur. Raro febris adest mensesque periodis solitis exsolvuntur.

Sequenti anno redit morbus cum symptomatibus gravioribus. Debilitas major, fit diarrhoea persaepe molestissima. Aegrotus laboribus solitis fungi nequit. Oriuntur spasmi in extremitatibus aliaque symptomata spasmodica. Morbus cutaneus idem adest latiusque propagatur. Rimae profundiores et quae in articulis digitorum inveniuntur, ut plurimum majoris sunt momenti, uti in psoriasi quoque inveterata videmus, scilicet si partes illae afficiuntur. Medio vel exeunte auctumo sensim symptomata evanescunt, lentius tamen remittentia, quam priori anno. Morbus tertio anno gravioribus cum symptomatibus recrudescit, debilitas ingens est, pedes languentes vix aegrotum sustinent, manet diarrhoea conspiciturque interdum Dysenteria vera. Saepe etiam apparet extremitatum inferiorum hydrops anasarca; fit quoque ut aut ascites oriatur, aut secreta serosa in cavum thoracis effundantur. Saepius symptomata animadvertimus encephali morbos indicantia, qualia sunt vertigo, tinnitus aurium, interdum epilepsia, idiotismus, furor; atque decursus morbi lentior tunc esse videtur. — Morbus deinde singulis annis invalescit, donec vires omnino exhaustae sunt.

Tum diarrhoea colliquativa, debilitate enormi, cum symptomatibus morbi cerebralis plus minusve perspicuis conjuncta, aegroti calamitatibus omnibus liberantur.

Ex argutiori hac pellagrae descriptione facile intelligitur, gravissima in ea adesse interni cujusdam morbi symptomata, quae in Ichthyosi plane deficiunt. Etiam externa symptomata plane differunt ab iis, quibus insignitur Ichthyosis. Ichthyosin nonnunquam internis morbis conjunctam reperiri, quis est qui negat? — Sed neque hos ex illa pendere, neque ipsam Ichthyosin universalis cujusdam morbi sequelam esse, contendo. Saepissime Ichthyosis congenita est, Pellagra nunquam. Per tempus incertum protracta illa quidem nunquam vitam aegroti in discrimen vocat, haec semper letifera, licet post annos demum nisi mature ad morbum propulsandum adhibeantur remedia. Pro symptomate duntaxat degenerationis organorum internorum est habenda, eorum potissimum, quae ad chylificationem pertinent, neutiquam autem solus systematis cutanei morbus, qualis secundarius tantum invenitur.

Quod attinet singula cornea producta, quae in Ichthyosi cornea reperiuntur, jam color, forma, praecipue vero consistentia et structura harum excrescentiarum, neque minus odor, quem combustae exhalant, eas bene distinguunt a siccis, duris, pyramidalibus illis crustulis, quae nonnunquam formantur super ulceribus syphiliticis, scrofulosis et cancrosis. Etiam magis diversa sunt cornua nostra a fungosis durae matris tumoribus, ab exostosibus, ab aliis compluribus vitiis, quibuscum interdum confundebantur. Osseae denique femoris, humeri al. appendices ne tum quidem pro corneis productionibus haberi possunt, cum, cute perforata, in externa corporis superficie magis minusve prominent [1]).

1) Cf. *Rayer* l. c. tom. III. pag. 645.

PROGNOSIS.

Ichthyosis congenita medicorum artem eludit. Nihil enim ei opponi potest, quam remedia prophylactica, quibus sensus injucundus aliaque incommoda, quae e magna cutis siccitate nascuntur, sublevari possint. Attamen prognosis hoc in morbo non funesta est, cum nullus alius morbus organorum ad vitam perquam necessariorum eum comitetur, plurimique homines ichthyosi laborantes semper relative optima gaudeant valetudine. Etiam minus infausta est prognosis in Ichthyosi accidentali et locali, quae fere semper levissimam exhibet morbi speciem, quamvis hoc quoque malum sit pertinacissimum, quippe quod saepe per totam vitam non cedat. Nihilominus interdum fugatum esse videtur quorundam medicaminum usu [1]. *Rayer* [2] vesicatoriis et remediis acribus fidere sese non posse contendit in accidentalis vel localis Ichthyosis formis. Nonnunquam etiam congenitae Ichthyoses exstinguebantur eruptione inflammationis cujusdam acutae epidermidis. Serius certe rediit ista turpitudo. *Rayer* haec perhibet: „Je „n'ai pu obtenir la guérison d'un seul cas d'icthyose héréditaire un peu prononcé."

Quod attinet ad corneam ichthyosin, internis remediis nondum sanata est, quamvis nonnulli auctores hoc se impetrasse contendant. Semper enim rediit post breve intervallum. Externa curatio hujus morbi saepe prospero excellebat eventu.

Corneae istae excrescentiae, quae interdum tantam acceperunt magnitudinem, ut cornua merito nomines,

1) *Cazenave* et *Schedel* l. c. pag. 143.
2) l. c. tom. III. pag. 624.

quamdiu parvae et superficiales tantum existunt, non tam gravia incommoda inferunt, sed certam quandam magnitudinem adeptae, facile periculosae fiunt. Cornu, quod memoravimus virginis Delediville[1]), quominus in cancrum transiret, impediri vix potuit. Illud cornu, quod in Anna Couchic observatum est, cum post operationem magnis cum doloribus denuo apparuisset, in ulcus cancrosum abiit, cui succubuit femina. Alteri feminae sexaginta novem annorum, cui in utroque lumbo cornu erat, utrumque cornu sponte decidit, nihilominus cancer in utroque vulnere, quae reliquerant cornua, est obortus. Idem accidit alii mulieri [2]). *Oblin*, chirurgus Turnitensis similem observavit casum[3]). *Rivière* casum quem *Destenève* chirurgus Monpessulanus cum eo communicaverat, hoc modo describit: „Cuidam vetulae supra „zygoma corpus durum et callosum enatum est duorum „digitorum transversorum longitudinem aequans, mate„ria et figura cornu omnino referens, latum in basi, „acutum in cuspide. Quod successu temporis sponte „cecidit et illius loco cancer obortus est.[4]).

Medicus, alioquin sana praeditus ratione, facile, quominus talis sequatur eventus, impediet, dummodo satis tempestive arcessatur.

---

1) Journal de méd. tom. XIV. pag. 145.
2) ibid. pag. 149.
3) Journ. de méd. tom. XIV. pag. 149.
4) Cf. *Piccinelli* l. c. pag. 36.

AETIOLOGIA.

189. *Bangs* Abhandl. über Missgeburten. Kopenhagen 1801.
190. *J. C. Zimmer* Physiol. Untersuchungen über Missgeburten. Rudolphstadt 1805.

De causis quae, Ichthyosin efficere possint, pauca innotuerunt. Saepissime hic morbus vel juvenili aetate, immo prima pueritia, exoritur, saepe innascitur. Haud statim tamen post partum clare perspicitur; Cutis tum paullo sordida apparet, crassa et velut cicatricibus obsita. Celeriter progreditur morbus cum evolutione infantis; interdum vero non perfecte evolvitur. Cutis tum mollis persistit, brevibus tantum, parvis, inaequalibus, duriusculis squamis tegitur, inter quas materia quaedam farinae similis exfoliatur. Ichthyosis connata nonnunquam fuit hereditaria. In hisce casibus morbus noster compluribus demum mensibus, imo annis post partum perspicue apparuit. Ichthyosis congenita etiam eo, quod gravida mater arboris cujusdam corticem, vel simile quid, cum subito pavore viderit, nasci posse dicitur[1]) — Quae serius acquisita est ab hominibus, qui integra cute nati erant, exorta dicitur metu, ira, terrore, similibus[2]). Certo equidem persuasum habeo, haec omnia vana ac falsa esse. Optime hoc probat exemplum illud, quod *Rayer*[3]) profert. Tres pueri in eadem familia Ichthyosi laborant, quorum neque sorores neque parentes eundem subierant morbum. Mater bona valetudine semper fructa, utero

1) Cf. *Bang*, *Zimmer*, *Stalpart van der Wiel al.* locis citat. — Cf. etiam *Schmidt*. l. c.

2) *Green* (l. c. pag. 343.) ita loquitur: „When it occurs „accidentally, it has been said generally to follow some violent emotion of a moral kind, such as a paroxysm of anger, „a fit of grief" etc.

3) l. c. III. pag. 622.

hosce pueros gerens nullo morbo laboraverat. Iram, curas, graviores animi motus, nunquam passa erat. Tamen pueri turpitudine hac affecti sunt.

Maximam partem eorum, qui hoc morbo corripiuntur, sexus potioris esse, ubique morbi historiis probatur. Sic *Rayer* quoque duos fratres vidit, nomine Brayer, quorum uterque hoc malo laboravit. Complures aderant sorores; sed ne una quidem earum idem malum perpessa est. Parentes quoque sani fuerunt.

Neque aëris aut coeli, neque vivendi ratio circa ejus evolutionem quidquam valent; nam neque in Haïti neque in Paraguay, neque prope mare, neque ad fluvios piscibus opulentos hic morbus est endemicus, quod nonnulli contenderunt, falsis nuntiis freti[1]).

Willan Ichthyosin post variolas exortam vidit. *Musaeus*[2]) et *Locke*[3]), neque minus *Alibert*[4]) idem observarunt.

Struve[5]) docuit, Ichthyosin acquisitam nunquam totum corripere corpus, sed tantum majorem minoremve ejus partem. Causam morbi acquisiti putat secretionem cutis turbatam vel obstructione vel destructione folliculorum sebaceorum.

Schönlein[6]) cum Ichthyosi scutellata, quam speciem habet Ichthyosis simplicis semper fere scrofulosin reum-

---

1) *Schmidt*, contra Alberti sententiam haec profert: „Quodsi „verum esset, ex piscium esu maxime nasci et ali hanc aegri„tudinem, saepius in nostris regionibus (Bremis) ad littora ma„ris occurreret, nunquam vero in montanis, aliisque in quibus „raro pisces capiuntur alimentaque praebent. Proinde sub „judice lis est;" — l. c. pag. 11.

2) Diss. de unguibus monstrosis. Hafniae 1716. — *Meckel* pathol. Anat. Bd. II. Abth. 2. pag. 284.

3) Phil. Trans no. 230. — *Meckel* l. c.

4) Précédé théor. et prat. sur les mal. de la peau. Paris 1818. t. II. pag. 203.

5) Synopsis morborum cutis. Berlin 1809. fol.

6) Pathol. und Therapie. Bd. III. pag. 18.

que vel cutis aliquam turbationem conjunctam esse contendit. *Alibert* huic suffragatur. Causas enim hic quoque habet turbationes systematis lymphatici, i. e. scrofulosin. *Gall* morbi supra totum corpus diffusi causam cum in suppressis cutis exhalationibus ponit, tum in ejus nutritione plane alienata, quod circulationi sanguinis in vasis capillaribus nimis lentae adscribendum esse arbitratur. Partialis vero Ichthyosis, quae utplurimum non fit, nisi per accidens secundum Gall, plerumque vulnera, cutemque laesam insequi solet, vel functionem cutaneam singularium partium plane abnormem.

Idem pergit: „Fit interdum, ut stagnationibus venosis, potissimum autem plethora abdominali tumoribusque varicosis in systemate cutaneo, inde profectis, originem debeat. Etenim persaepe inveniuntur, qui cum in morbum illum inciderint, jam dudum antea et molestiis vexentur haemorrhoidalibus et varicibus extremitatum inferiorum, vel aliarum corporis partium; interdum squamae Ichthyoseos propriae apparent super varicibus, immo nonnunquam ex ulceribus varicosis proficiscuntur."

„Ambitum saepius partium aegrotantium et exfoliatione et rubore singulari quodam invenimus circumdatum, unde equidem tam relativam in systemate venoso sanguinis abundantiam quam lentiorem ejusdem circulationem, inde natam, graviora morbi nostri momenta fore aetiologica verisimillimum putem."

Equidem huic plane assentiri non possum, cum tardior haec sanguinis circulatio minime probata sit, immo potius optima gaudeant valetudine, qui hac turpitudine affecti sunt. Mihi quidem hucusque origo mirifici hujus morbi densissimis tenebris premi videtur. In eo casu quem supra secundum viri illustrissimi *Hinze* descriptionem narravi, matris vitae ratio satis perspicuam exhibet causam, ex qua ejusmodi monstrositas oriri potuerit. *Hinze* persuasum habet, virus sy-

philiticum, matris corpori insitum, vi lymphatica, inter graviditatem adaucta, ad uterum esse deductum, ibique partim conjunctum, partim temperatum dyscrasia humorum scorbutica, abusu ciborum nimis salitorum spiritusque vini coorta, inter foetus evolutionem partes principes ad conformandum morbum egisse. Haecce hypothesis confirmari videtur matris vivendi ratione. Sed quantus esset talium monstrorum numerus, si ista vitae ratio semper eundem haberet eventum?

Causae Ichthyosis corneae aeque nos latent, atque Ichthyoseos simplicis. Nonnulli internas quoque causas agnoscunt, quod vero in paucis tantum casibus verisimile est. Plerumque causa cornuum non est, nisi externa irritatio cutis. *Ploennies*[1]) cuique cornuum formationi inflammationes cutis locales praecedere contendit. *Rayer*[2]) cum hac opinione plane consentit. Dicit enim: „L'étiologie des productions cornées est fort „obscure: elle succède le plus souvent à une irritation „chronique des papilles." — *Lorry* contra ex internis causis ortum eorum deducebat, neque minus *Richter*[3]) cornua nasci vidit post variolas. Etiam menstruationem suppressam causam eorum ducit.

Apponatur hic mira Fabricii ab *Aquapendente*[4]) sententia, qui cornu, quod vir quidam super fronte gestabat, ab affinitate hujus viri cum animalibus cornigeris derivavit. (!) — Neque magis credibile est, imaginationem solam producere posse cornua in hominibus, quamquam scriptores nonnulli et ex his *Valerius Maximus*[5]) historiam narrant praetoris Romani, qui quum maxima

---

1) *Froriep's* Notizen.
2) tom. III. p. 645.
3) Anfangsgründe der Wundarzneikunde Th. I.
4) *Fabricius Lyncaeus* in exposit. histor. Mexican. *Nardi Rechi* F. 652.
5) lib. V. cap. 6. secundum *Ernst* l. c. pag. 11.

attentione et ardore certamini taurino adstitisset per totam noctem in somno cornu capite se gerere sibi visus est, et paulo post tale ejus frontem revera occupavit ardentis imaginationis vi.

NECROPSIA.

Aliberti verba hic in medium proferamus, quia in tribus modo libris aliquid reperimus de cadaverum sectione eorum, qui Ichthyosi laboraverant. Ita enim loquitur[1]): „Les écailles se détachaient difficilement. Elles étaient plus épaisses dans les endroits du corps soumis à des pressions fréquentes. Maigreur extrême dans toute l'habitude du corps. L'épiderme qui semblait avoir acquis de la rudesse, tombait par plaques des parois de la poitrine."

Alii observatores[2]) ingeniosi, cum cadavera eorum, qui Ichthyosi laborantes mortui erant, perscrutarentur, nullam mutationem pathologicam invenerunt, quae satis perspicuum nexum aleret cum hac affectione. Plane diversae corporis partes laesae repertae sunt, quarum connexus cum cutis turpitudine intelligi non poterat. Quod attinet ad cutem, non solum epidermis crassescens divisaque magnam copiam parvarum squamarum facile a cute secedentium reperta est, sed etiam luculenter intellexerunt auctores nostri, squamas istas, altius in corpus descendere, quam in laminas cutis superficiales, ac cohaerere cum gravioribus laesionibus integumentorum totum corpus munientium. *Rayer*[3]) quae observavit,

---

1) l. c. tome II. pag. 207.
2) *Cazenave* et *Schedel* l. c.
3) tome III. pag. 619.

sequentibus nobis tradidit: „J'ai soumis à la macération des morceaux de peau provenant d'individus affectés d'Icthyose. Les petits compartiments dont se compose la couche épidermique épaisse qui imprime à cette maladie ses caractères extérieures, peuvent être facilement détachés de la peau sous la forme d'une membrane grisâtre ou noirâtre, imprégnée de pigment chez les hommes porc-épic et peu coloré dans les autres variétés. Les petits compartiments ne sont point imbriqué les uns sur les autres comme les écailles de poissons; la dénomination d'Icthyose prise dans son acception grammaticale exprimerait une erreur anatomique. Les lignes ou sillons que le corium présente à sa surface externe, sont beaucoup plus prononcés que dans l'état normal. Les éminences papillaires toujours plus apparentes que sur la peau saine sont quelquefois très développés. Au-dessous de la première couche épidermique ordinairement colorée par du pigment, on en trouve une seconde d'un blanc sale ou grisâtre." —

Cum *Tilesius* apud Lambertinos fratres folliculos cutis sebaceos obstructos, spissaque quadam materia impletos repperisset, ***Rayer*** hos quoque post mortem indagavit in aliis Ichthyosi obnoxiis hominibus. Organa haec exigua, parum insignia, multis in corporis locis plane non perspicua se praebebant. In peculiari quodam casu, quem Dr. *Martin* observavit, folliculi pilorum eorumque appendices magnopere exculti erant. Semper epidermis crassior, durior „et moins aréolaire" apparebat quam statu normali. In paucis iis casibus, ubi corpora hominum Ichthyosi laborantium post mortem, alio quolibet morbo inductam, investigare licuit, varia vitia organica observata sunt inter se differentia, tum quod ad sedem, tum quod ad naturam. Nulla cohaerere visa sunt cum turpitudine nostra cutis, aut cum ejus evolutione.

ANALYSIS CHEMICA MATERIAE EIUS QUAE PER ICHTHYOSIN IN CUTE FORMATUR.

191. *Hatscheff* in *Scherer* Allg. Journ. der Chemie. Leipzig 1790—1803. 10 Bd.

Omnes fere auctores, qui analysin chemicam materiae ejus, quae in Ichthyosi formatur, instituerunt, in ea re consentiunt, ut epidermidi simillimam dicant. *Wendt*[1]) telae corneae in universum haec signa nuncupat: Oleum eam laeviorem reddit et pellucidiorem, acidum sulphuricum ut omnes partes organicas, ita epidermidem comburit. Oritur pellicula brunnea, nigrescit deinde, tenuior fit, ex parte liquescit. Apparent globuli; acido nitrico flavescit, paullulum mollescit, tenuiorque redditur; acidum muriaticum pelliculam efficit mucosam, nullo praeditam colore; acidum neque phosphoricum mutat epidermidem, neque phosphorosum; metalla non reagunt.

Haec experimenta equidem repetii circa squamas, quarum magnum numerum a corpore aegroti mei evulseram, eodem effectu substantiarum in eas reagentium. Elucebat enim, has nil esse nisi *cornea* producta. Liquor Kali, Natri, Ammonii caustici eas non solvebat, nisi temperie aquae bullientis.

Delvaux[2]) jam prius squamas hasce chemice examinaverat. Invenit in iis gelatinam, mucum, calcariam phosphoricam et carbonicam, silicium, ferrum oxydatum. Omnes igitur partes epidermidem constituentes aderant, sulphur si exceperis.

---

1) Diss. de epidermidis struct. pag. 7. §. 12.

2) Teste *Blasio*. *Rust's* Handbuch der Chirurgie. Artikel Ichthyosis.

Rayer[1]) quoque ita disserit: „J'ai constaté expé-„rimentalement, que cette couche avait les propriétés „physiques et chimiques de l'épiderme."

Schmidt[2]) paullo dissentit a disquisitione; quam *Delvaux* instituerat; dicit enim, constare haec ecphymata ex materia quadam animali, quae calcariae carbonicae expers in aqua cocta mollescat quidem, sed non solvatur, igne combusta oleum empyreumaticum, Ammonium carbonicum et gas hydrogenium carbonatum emittat, exiguo cum residuo, sex vel septem partes calcariae phosphoricae ac natri phosphorici continente.

Dublanc[3]) cornua duo, quae Lozes extirpaverat, chemice perscrutatus est invenitque eorum substantiam analogam materiae albuminosae oxygenatae, ab *Hattchett* et *Fourcroy* in unguibus, epidermide et boum cornubus detectae.

Tilesius etiam *Lamberti* incrustationis chemicam indolem investigavit. Acido nitrico diluto submissae particulae ejus post nonnullas horas flavescebant, amittentes colorem superficiei nigrum. Attamen pristinam formam retinebant. In acido sulphurico concentrato initio quidem acidi carbonici bullas emittere videbantur, non diutius tamen quam usque ad solutionem nigrae illius substantiae superficialis. Inter haec globuli nonnulli, seu squamae, decidebant. Tandem particulae istae brunneae reddebantur. In acido muriatico albescebant, alioquin formam non mutantes. Nihil earum solvebatur. In liquore Kali caustici maximam subibant mutationem. Vix per nonnullas horas in loco tepido liquori huic submissae turgescebant et post aliquot dies disjungebantur in singulos globulos, inter se non cohaerentes. Niger iste color deleta pinguedine atque ge-

---

1) tome III. Ichthyosis.
2) libro saepius cit.
3) Archives génér. de méd. 1830. Mars. page 416.

latina separabatur quidem a particulis, non tamen mutabatur, sed in pulverem atrocinereum redactus in vasis fundo depositus erat. In aqua destillata maceratae materiae hujus partes non solvebantur, ne coquendo quidem per horarum complurium spatium. Spiritus Terebinthinae aliaque olea aetherea, neque minus acetum, vel spiritus vini rectificatus, nullum effectum in crustulas exserere videbantur. Item acidum oxalicum. Si comburebantur, sonum crepitantem edebant, mutabanturque in carbonem vehementer turgescentem, exsudata oleosa quadam essentia. Odor ejus erat crinium combustorum similis. Etiam calcariae phosphoricae vestigia se invenisse confitetur Tilesius.

Exinde *Bunica* [1]) affirmavit, crustarum illarum materiem nil esse, nisi gelatinam solidam duramque factam eo, quod se conjunxisset cum certa quadam proportione calcariae carbonicae et phosphoricae.

Piccinelli [2]) quoque chemica disquisitione in tali cornu calcariam phosphoricam invenit. Opinatur inde, induratione quadam externam cornu superficiem veram evasisse osseam materiam, dum interna cornu materia non nisi e fibris corneis sit composita.

C U R A T I O.

Ichthyosis fere semper insanabilis, praecipue si congenita est [3]). Sed etiam acquisita ut depellatur, plerum-

---

1) Mém. de l'acad. des sciences, lettres et beaux-arts de Turin. Turin 1811 (1809—10. pag. 364—403.)

2) l. c. pag. 33.

3) *Green* l. c. p. 344. dicit: „Congenital and hereditary „diseases generally are little under the influence of remedial „measures of any kind and there is not one of this class that „is more rebellious than ichthyosis."

que non efficitur diligentissimo medici studio, summoque aegroti obsequio. Cum hic morbus rarissime tantum majores inferat molestias, qui eo laborant, non tam frequenter hoc malo se liberari cupiunt, quoniam curatio cum incerta tum diuturna et plerumque aegrotis valde incommoda molestaque requiritur.

Cum largiri debeamus, ipsam morbi naturam nos adhuc fugere, medici non possunt, quin symptomaticam curationem administrent, quo factum est, ut, cum quisque medicus aliam sibi finxisset morbi naturam, diversissima remedia laudata adhibitaque sint. Non solum enim contra unum idemque malum inunctiones olei amygdalarum in usum vocatae sunt, sed etiam vehementissima remedia caustica. Tamen neque hac neque illa methodo aegroti sanati sunt.

Si affectiones adsunt nonnullorum organorum, quae sensibus percipiuntur, prae omnibus sunt amovendae, e. g. perturbationes uterini systematis interdum medico viam monstrant, quam primum ingredi debeat. Ut cutis secretio augeatur, indeque fiat squamarum dejectio, pulvere Doweri, sulphure aurato, Kermete minerali, uti possumus [1]).

Si morbus nullus reperitur in aliquo corporis organo, qui ichthyosin gignere potuerit, remediis uti licet, quae recentiore tempore sunt adhibita, quamvis magis minusve in interna organa, praecipue renes, agunt. Quorum praestantissimum est pix liquida, quam Bateman et al. magnopere laudarunt. Bateman picem cum farina aut pulvere farinoso in pilularum formam redigi jussit, quarum usu egregios eventus se obtinuisse, contendit. Hocce remedium non solum sine detrimento, sed etiam magno sanitatis universae emolumento exhiberi posse dicit. Efficacissimum Bateman habet hoc remedium ad accelerandam sanguinis circulationem et in irritandam

---

1) *Schönlein* spec. Path. u. Ther. 1836. Bd. III. pag. 18.

cutem. Mulier quaedam, inquit, per longum tempus quotidie tres drachmas ad unciam dimidiam picis comedit magno cum fructu tum quod ad cutem, tum quod ad valetudinem universam. Primum quatuor pilulas granorum quinorum ter per diem deglutiebat, postea dosis augebatur. Adnotandum est, odorem picis valde diminui, si pilulae praeparatae per aliquod tempus asserventur, antequam iis utamur. *Schoenlein* quoque pilulas ex pice paratas laudat, jubet vero bina tantum grana pro dosi exhiberi (drachmam fere dimidiam per nycthemeron). Remedia amara cum pice conjungit, quoniam sola pix concoctionem cibarum impediat. „Pilulae hae", inquit, „manifestam exserunt vim in nervos per terebin-„thinam, quam largius continent; possunt itaque terebin-„thina mera, vel cantharides pro iis adhiberi." — Thomson[1]) casum refert Ichthyosis, in quo remediis acribus inflammationem et ulcerationem efficientibus, quae ferrum et aloëtica, mercurius usque ad salivationem, balnea tepida aquae marinae, derasio incrustationis, unguentum e natro carbonico, spiritu terebinthinae, saccharo et ung. resinae pini, lotiones ex Hydrargyro muriatico corrosivo, varia alia remedia secuta erant, sine fructu adhibitis, decoctum rad. rumicis acuti completam adduxerit sanationem. Tamen destructio cutis per emplastrum cantharidum effecta praecesserat hanc curationem. Quod Plenck[2]) laudavit remedium, (decoct. cort. Ulmi interni) huc non pertinet, quoniam lepram vulgarem cum Ichthyosi confuderat. Idem valet de Dr. Letsom[3]), quem secutus Plenck hoc remedio usus erat.

Etiam Arsenici solutionem Bateman tentavit. In uno casu, quo caput puellae, humeri et brachia hac turpitudine mediocriter correpta erant, hoc remedium cu-

1) In edit. sua operis Batemani toties citati.
2) Doctr. de morb. cut. pag. 89.
3) Med. memoirs of the gen. dispensary sect. III. p. 152.

ticulam plane redintegravit. In duobus aliis casibus nullum praestitit effectum.

Thomson hanc arsenici formulam praescripsit:

Rec. Rad. rec. rumic. ac. c. c. ℥j,
coque cum
Aq. dest. ℔iij,
ad rem. col. ℔ij,
cui adde
Arsenici albi gr. ß,
M. D. S. Ter per diem cochlearia duo vel tria sumantur.

Interdum hoc medicamen nimis purgat. Tum cuique dosi addantur guttae nonnullae Tr. Opii.

Turner [1]) Ichthyosin, quam lepram Graecorum habuerat, mercurio, antimonio, et mixtura quadam, cujus remedium princeps rumex acutus fuit, sanavit.

Biet [2]) picem secundum Batemani praecepta saepe adhibuit, sine prospero tamen eventu.

Gall [3]) remedia laxantia, praecipue salia neutra, per aliquod tempus dosibus mediocribus adhibita, additis remediis illis quibus augetur functio cutanea, praesertim sulphure ejusdemque praeparatis, maxime prodesse credit. Simul externis remediis utendum censet, e quibus potissimum balneis sulphurato-vaporosis.

Green [4]) simile quid profitetur: „I once tried, „inquit, the influence of the sulphur fume bath in the „cases of two brothers, privates in the Coldstream re„giment of Foot Guards. Both of the men improved „greathy whilst they were under my care but jmake no „doubt the amendment would have proved no more „than temporary. As it was, i soon lost sight of my „patients, they-having been both discharged from the „regiment on account of some improper conduct." —

---

1) treatise on the diseases of the skin. 4de ed. pag. 30.
2) *Cazenave* et *Schedel* l. c. pag. 144.
3) l. c. pag. 30.
4) l. c. pag. 314.

Good[1]) acida mineralia adhiberi suadet.

Alibert[2]) omnia remedia commendat, quae in systema lymphaticum agunt. Praeparatis martialibus et sulphuricis maxime confidit.

Plumbe[3]) duos commemorat casus in quibus incrustatio, quae pedes tantum corripuerat, injecto emplastro adhaesivo supraque impositis frigidis fomentationibus sublata est. Post quatuor aut quinque dies striae illae emplastri adhaesivi remotae sunt. Incrustatio a cute plane soluta reperiebatur deciditque fere tota. Cuticulam reliquit albam, male contectam, quae sine dolore deradebatur. Hac methodo post aliquot tempus sanam cutis recuperavit texturam.

Blasius[4]) formulam praescribit, quae bonum effectum praebuit in nonnullis casibus. Quod unguentum ita compositum est:

Rec. Ung. hydrarg. cin. ℥ß
Kali hydroiodici gr. XV.

M. exactissime S. infricetur superficiei morbosae.

Quod attinet ad curationem cornuum illorum quae memoravimus, fere semper chirurgicis remediis uti debemus.

Zacutus Lusitanus[5]) aliam methodum secutus est, qua feminam se curavisse contendit. Ipse hancce curationem ita describit: Haec (femina) variis medicamentis expurgata, quae crassum terrestremque humorem a

---

1) study of medecine IV. 467. haec affert: when there is an evident excess of calcaneous earth, the most efficacius remedy is probably to be found in a free use of acids and espicially the mineral acids.

2) l. c. pag. 211.

3) a practical treatise on the diseases of the skin. London 1824. 8. Id. ed. pag. 334. (Deutsch Weimar 1825. 8.)

4) *Bateman's* Hautkrankheiten übersetzt von *Calmann* pag. 70. nota.

5) Praxis medic. admir. lib. III. obs. C.

quo cutis durities ortum ducebat, vacuarent, assumptis deinde sudoriferis ex Ebeno et China ad discutiendum humorem in cute impactum, haec tenuior est effecta et minus dura demum balnea naturalia experta et duritie omni et faciei tumore evasit incolumis, quae fonticulis in cruribus excitatis per annum, attenuante diaeta usa et continuo potu aquae decoctae Asplenio et Smilace aspera, est praeservata.

Boerhaave [1]) omnia talia se curasse dicit extracto graminis et sero lactis. Alii, inter quos omnes recentiores medici, quibus talia observandi occasio se praebuit, chirurgiae ope cornua cutanea curaverunt.

de la Rochefort [2]) duo cornua, alterum cultro alterum lapide caustico, exstirpavit. *Greeve* [3]) eodem modo cornua in lumbo sinistro exstirpavit. Nec minus usus est *Piccinelli* [4]) hac methodo, ut celerrima et simplicissima.

Ea cornua, quae e callo sunt orta, aqua tepida emolliantur et unum quodque eorum stratum seorsim devadatur. In extirpandis tumoribus cysticis id modo cavendum est, ne ulla eorum pars remaneat, ex eaque cornu novum nascatur, id quod saepe observatum est.

---

1) De morbis nervorum.

2) Mém. de chirurgie t. III. pag. 7.

3) Mem. publ. de la soc. des sciences de Vliessingen t. 9. im Journ. de méd. tome LXII. pag. 182. an. 1784.

4) l. c. pag. 28.

VITA.

Natus sum ego Henricus Carolus Julius de Cuvry die XIII Aprilis anni MDCCCXVI Berolini, patre Henrico Andrea, a consiliis urbanis, optimo dilectissimo, matre carissima Maria Aemilia e gente Humbert, quos optima valetudine superstites mihi servavit Deus benignus. Confessioni evangelicae secundum Calvini formulam addictus sum. Primis litterarum elementis per domesticos praeceptores imbutus, duodecimo aetatis anno gymnasium adii Berolinense Friderico-Werderanum, tum temporis sub directore doctissimo, benevolentissimo, humanissimo Ribbeck florens, qui tanto amore et tanta familiaritate discipulos amplexus est, ut ab omnibus tanquam pater coleretur et etiamnum a me colatur. Neque non ceteros docentes optimos, prae ceteris Cel. Dove, semper grato animo venerabor. Anno MDCCCXXXIV testimonio maturitatis No. 1 munitus gymnasium reliqui et inter cives almae Berolinensis universitatis receptus sum, ubi per annum hisce interfui lectionibus:

Ill. Hecker de hodegetice et encyclopaedia medica, ill. Link de botanice et historia naturali, cel. Wiegmann de zoologia, ill. Mitscherlich de chemia experimentali, ill. Schlemm de osteologia, splanchnologia et syndesmologia, ill. Mueller de anatomia corporis humani; ad artem cadavera secandi ill. Mueller una cum ill. Schlemm me instituerunt; cel. Michelet de psychologia et anthropologia, cel. Beneke de Kantii systemate, ill. H. Rose de analysi chemica venenorum metallicorum.

Tum Bonnam profectus in alma universitate Rhenana Friderico-Guilelma hasce scholas frequentavi:

Ill. Meyer et ill. Weber de anatomia comparata, ill. Noeggerath de mineralogia, ill. a Muenchow de physica experimentali, ill. Brandes de logice, ill. Bischoff de materia medica et de arte rite formulas concinnandi, ill. Treviranus de botanice, ill. Naumann de pathologia generali et semiotice, ill. Wutzer de morbis oculorum, ill. Nasse de physiologia et pathologia cerebri et nervi sympathici.

Per annum ibi moratus, Berolinum redii ubi his lectionibus affui:

Ill. Rust de chirurgia, ill. Horn de pathologia speciali, ill. Hufeland de therapia generali et speciali, ill. Mueller de physiologia, cel. Kluge de arte fascias rite imponendi et de arte obstetricia cum theoretica tum practica, exper. Romberg de diagnosi et de morbis nervorum, neque minus virorum ill. et cel. Barez, Bartels, Rust, Truestedt, Wolff, clinicas institutiones moderantium auditorem me fuisse magnopere laetor.

Omnibus his viris honoratissimis maximas, quas possum, gratias habeo semperque habebo.

Jam vero tentaminibus tam philosophico, quam medico, nec non examine rigoroso coram gratioso medicorum ordine rite absolutis, dissertatione thesibusque publice defensis spero, fore, ut summi in medicina et chirurgia honores in me conferantur.

THESES DEFENDENDAE.

I.

In dignoscendis pectoris morbis auscultatione quidem, minime vero sthetoscopio utamur necesse est.

II.

Absque Prognosi nulla curatio.

III.

Hydroceles incisio praeponenda est punctioni.

IV.

Multorum morborum egregium remedium est musice.

V.

De therapia homoeopathica illud proverbium valet:
Nullus et Nemo
Mordebant se in sacco,
Nullus clamabat
Et Nemo audiebat.

VI.

Superfoetatio, dum uterus sit simplex, normalis, negari nequit.

VII.

Foetum post partum vixisse, certo signo vel experimento probari nequit.